TRIPHVS

LOGICAE RAMEÆ,

VBI TVM IN IPSA PRÆCEPTA P. Rami addita, tum in vniuersos eius interpretes & animaduersores animaduersiones obseruationesq; plurimæ proponuntur:

A

GVILHELMO ADOLPHO SCRIBONIO PHILOSOPHO MEDICO.

EDITIO SECVNDA.

LONDINI,
Excudebat Thomas Vautrollerius
impensis G. Bishop.
1583.

MVSEVM
BRITAN
NICVM

NOBILITATE GENERIS, ET ERVDITIONE PIETATEQVE CONSPICVO IVVENI HILARIO RVTH DANO, *Domino de Vidby, amico suo singulari Guilh. Adoph. Scribonius* ἐπράττειν.

TRes anni sunt nobilissime Hilari, quibus in Logicam P. Rami Logicorum omnium, quos equidem sciam absolutissimi obseruationes quasdam, vt nosti, colligere incœpi: easque deinceps alijs etiam sibi communicari petentibus, data mihi in Corbachiana Waldecensium schola Logicam illam prælegendi occasione, melius meliusque examinans, tandem planè Deo iuuante absolui. Interea autem temporis ab Andrea Wechelo Francofurtésium Typographo, optimè semper de republica literaria merito, mihi mittuntur Ioannis Piscatoris in eandé artem animaduersiones: item Dialectica quædam Casparis Oleuiani Theologi, è præceptis Rami contracta atque descripta. Nactus illa gaudebam equidem plurimum hoc etiam seculo reperiri, qui veritatis essent magis cupidi & amantes, quàm vt vel præstantissimi politissimiq; autoris scripta corrigere vererentur. Is enim, si quis alius omnium explicatissimè eruditissiméque artem disserendi, quam Dialecticam dicimus, descripsit ac docuit. Eum hoc ego promeritum esse puto, vt ante alios vniuersos huius artis doctores omni laude merito condecorari debeat. Diligentissimè autem Piscatoris præcipuè animaduersiones mihi legenti, nescio quæ[illegible]m minus solerter examinata, & quàm legibus minus [illegible]sentanea viderentur. Alterius commentationes, qua-

lès mihi visæ fuerint, deinceps ostendam, & plenius edocebo. Quamobrem hac arrepta occasione non potui non & reliquos, quos habere potui, interpretes perlustrare, eorumq; commentaria summo cum studio euoluere & examinare: visurus si quæ illi meliora philosophando proponerent. Addidi prioribus Francisc. Hotomannum Iurisconsultum: Rolandum Makylmenæum Parisiensem logicæ professorem: item prolixas Beurhusij Tremonienſis in Westphalia Rectoris commentariorum quæstiones, aliásque aliorum interpretationes. Mirum autem, quàm diuersimodè, ne dicam imperitè sæpius & malè pleriq́ue eorum autoris nostri Logicam interpretati sint. Nihil nunc dico de illis qui textum Rameæ Logicæ quasi non satis luculenter & apertè expositum, exemplis pluribus vel Theologicis tãtum vel iuridicis additis illustrare voluerunt. Qualis etiam specialis fuit Dialectica Vigelij Marpurgensium Iurisconsulti, & Topica cuiusdam Theologica. Ignorarunt nimirum isti omnes, vnam Dialecticam Rami omnibus rebus omnibusq́ue in foro etiam Vigeliano quæstionibus decidendis & tractandis sufficere. Alios etiam libentius taceo, qui purioris philosophiæ antistites & imitatores esse cupientes: nescio quam sphæricam primi mobilis explicationem è logicis legibus instructam, item elementa Arithmeticæ logicis legibus deducta nobis reliquerũt: nihilo autem minus, quàm leges informandarum artium a Ramo descriptas in suis libris explicãdis obseruantes Quis nominis istarum legum abusus? quis contemptus? Cur autoritate sacrosanctarum eiusmodi legum, doctrina vestra cõmendatur, vbi tamen ne minimum quidem istæ sint obseruatæ. Quid autem mihi vobiscum? Ex ijs quos suprà nominaui, ea quæ Rameæ logicæ aduersari, & cõtra leges logicas in illorum commentarijs tradita reperiebam, diligẽtius considerare & notare cœpi, Piscator in Epigrammate de logica Rami iudicium suum nobis expositurus, satis frivolè & ferè dixisset arroganter clamitat, Dialecticam Rami multis videri perfectam: at sibi perfectam non esse. Sed quare hoc? Quia, inquit, multa sunt in illa falsa, multa alienа. Qualis amabò hæc censura est? An non admittenda,

Nul-

Nullius enim opus tam integrum & absolutum est, quin aliquid saltem in eo desiderari queat. Estò sanè. Non nego. Atqui Piscatorem illud asserere, qui quod contra Ramum disserit, vix vnico quidem argumento firmiter demonstrat, id esse dixerim viro logico indignissimum. Quid ita? An non multas scripsit animaduersiones, vbi Ramum sæpissimè errasse pronunciat? Benè quidem. Verùm pauciſſima in omnibus illis reperiũtur, quæ alicuius momenti aut vtilitatis videri queãt. Imò cũctæ propemodum eius animaduersiones alijs grauioribus animaduersionibus iterum dignæ sunt: adeò vt infelices putem discipulos, qui post visam logici mundi lucem ab ipso iterum obfuscãtur, & in varios errores deducũtur. Quid autẽ Beurhusius interpres? quódnam hic regio professori testimoniũ perhibet? Melius quidem ille quàm Piscator: attamen & illud non sine causa limitandum & corrigendum. In Epigrammate enim Dialecticarum suarum quæstionum contra Piscatorem contendit perfectam omnibus modis esse Dialecticam istã. Nihil in ea falsum, nihil vlli legi contrarium: ideoq; nihil in illa animaduertendum fuisse. Memini & alium Scholarcham simile quidpiam nuper admodum proponere: qui cũ intellexisset mihi in præceptis Rami nonnulla videri controuersa, ipse Socraticæ philosophiæ interim præ se ferens amorem, asserere haud verebatur, perfectissimas esse istius autoris traditiones, vt iure eius præceptis vniuersis ac singulis perpetuò acquiescere debeamus. Placet illud mihi, & libentissimè audio Ramum cõmendari, & logicæ artis laude tantoperè prædicari. Nihil autem omninò in documẽtis eius emendari posse, id est quod constantissimè nego. Interpretes illi sunt & discipuli nimis creduli. Makylmenæus insuper textum præceptorũ Rami nescio qua ratione nonnullis in locis immutare voluit & vbique alijs quoque exemplis illustrare studuit. Quasi verò non sufficienter & abũdè satis ab ipso autore vel familiarissimis exemplis declarata & explicata sit. Multo minus vllam video rationem, cur Oleuianus Theologus, qui omnes propemodum definitiones nostri autoris verbotenus retinuit, & secutus fuit, ordinem verò argumentorum, quem is obseruârat, nihilo-

,mus vbiq; immutauit, alia alijs præpostero ordine postponens. Immutare quidem aliquid licitum illi fuisset, si certis modò & veris rationibus istam argumẽtorum transpositionẽ plenius exposuisset ac comprobasset. Temerè autẽ & sine causa tale aliquid moliri, in eo præsertim autore, cuius te interpretem & defensorẽ profiteri velis, hominis est non rectè cogitantis. Quid ergò dicẽdum? Quid de Ramo pronunciandum est? An confitẽdum, Dialecticam eius alijs omnibus, qui hucusque scripserunt, accuratiorem longeq; meliorem esse: ita tamen vt perpetua cuique de præceptis illius sentiendi vtilioraq; differendi libertas relinquatur? Hoc sanè, qui dixerit, rectius puto, & medio tutissimus ibit. Autor enim iste, vt semper veritatis fuit cupidissimus: ita alios quoque & præcipuè suos discipulos omnes similibus vestigijs insistentes, Academicam de omnibus iudicandi libertatem retinere voluit. Laudatissimum hunc Socraticorum morem esse duxit, qui præceptorem suum secuti, in vtranque partem de rebus singulis philosopharẽtur. Horum primus Socrates à Pythagora eruditus in tota philosophia res vniuersas in vtrámq; partem differendo suis ciuibus interpretatus fuit, vt quod verissimum aut omninò verisimilimum in ijs iudicari aut haberi posset, vnusquisq; obseruaret, ac studiosè sequeretur: nullo habito respectu vel domestici amici, vel vllius personæ alterius siue autoritatis. Hæc quoque consuetudo semper P. Ramo fuit gratissima. Quamobrem qui eius præcepta de liberalibus disciplinis, vbi opus videtur, examinare student, si firmis atque validis argumentis moti idipsum fecerint, mentem illius & sententiam potius explent & aperiunt, quàm aspernentur: adeoque reprehendi haud commodè possunt. Vituperandi contrà, qui eius censuram absque omni ratione aggressi fuerint. Equidem certè, quod me attinet, non possum non summoperè Ramum logicæ artis amplificandæ præconio ad vsque cœlum extollere. Multum illi debeo. Multum illi tribuo. Verumtamen nunquam amittere cupio omnibus in vniuersum Philosophis à condito inde mundo datam atque permissam philosophandi differendiq́ue libertatem: vt quandocunque vtilius aliquid tradere &

pro-

proponere possim, mihi non putem fore liberrimum. Et à hisce à me propositis quid melius forsan alius inuenire ac docere conabitur, hoc vicissim eidem liberrimè sit concedendum. Amicus Socrates, Amicus Plato: sed magis amica veritas, sæpè aiebat Aristoteles. Omnium nempe qui ante se vixissent, philosophorum censuram sibi sumebat, Aristotelem iterum alij nominatissimi viri eodem modo examinarunt: ea tantum in eius monumentis approbare volentes, quæ verissima viderentur. Et quomodo Ramus in eundē animaduerterit, veritatem maioris, quàm nomē ipsius faciens: plurimæ scholæ manifestissimè contestabuntur. Quis igitur mihi quæso, vitio vertet, si quod Ramo in reformandis artibus permissum fuit, idem & ipse attentare velim? Nullus sanè philosophus. Quare verò accusantur redarguunturq; tot interpretes alij? Nullus certè illorum, quos nominaui, vlla ratione culpari potuisset, si adhibito iudicio acriore, & argumentis sufficientibus, authoris in quem commentarentur, errores ostendissent. Quî enim quod in alijs laudatum & concelebratum fuisset, in illis reprehensionem vllam mereretur? At nemo propemodum eorum quos adhuc videre contigit, in leges Rami logicas nō impegit, & quidem grauissimè. Sit tamen venia verbis. Significatum enim mihi proximis hisce fuit diebus de Tēpello Cantabrigiensi philosopho, qui contra Piscatorem logicam quandam velitationem eruditissimè scripserit. Sed scriptum eius nondum videre licuit. Quocirca illis omnibus probè consideratis, operæ prætium facturum me putaui, si & Ramum ipsum ab iniuria & calumnijs aliorum omnium vindicarem, & interpretum simul eorundem erroneas atq; diuersas planè sententias & explicationes annotarem. Et hæc omnia publicè alijs petentibus diuulgari passus fuiut hac ratione doctoribus vbiq; terrarū logicis philosophis occasionē præberem, ista qualiacunq; mea rectius perpendendi & dijudicandi. In hunc namq; finē obseruationes meas & animadnersiones tū in ipsa præcepta Rami, tum in vniuersos eius interpretes & animaduersores proponere constitui, vt ars logica quoad fieri posset, verissimè tandem absolutissimeque doceri inchoaretur.

quod si vero scopum minus propè attigisse videor: etiam atque etiam ma[illegible] rogoque omnium scholarum eiusmodi doctores, quicunque commentationes hasce videbunt, vt meos quos deprehensuri sunt errores corrigere, & me de his certiorem reddere neutiquam grauari velint. Vnum ego hunc scopum mihi præfixum in omnibus intueor, vt veritas inquiratur. Nec enim præcepta Dialecticæ Rami è manibus iuuentutis eripere cogito, eiúsue authoritatem vel ipsemet floccipendere, vel apud alios cauillari & imminuere. Id quod nos nunc multis laboribus molimur atque proponimus: ipse arbitror, si superstes diutius vixisset, longè enucleatius absque vlla difficultate & illustrius multò emendaturus traditurusque fuisset. Eum itaque in omnibus diligentissimè cognoscendum esse censeo, tantisper dum aliquando melior atque solertior aliquis á Deo logicus exuscitabitur, qui quæ nunc desideramus, suo etiã ordine in textu addet. Interim tamen omnia in illo authore explicacissimè narranda sunt, & si quid minus ratum siue logicum obseruetur, illud ipsum quoque discipulis ostendatur. Si vero mirabitur quispiam, quo nomine meas commentationes inscripserim, & quare Triumphum logicæ Rameæ appellarim: is causam facilè poterit percipere. Nulla in hoc titulo nouitas inest, nulla eius arrogantia est. Quemadmodum enim olim, qui strenuè fortiterque belligerando victoriæ & rerum omnium potitus esset: cum maxima admiratione, & summo applausu populi Romani curru in vrbem ductus triumphabat: Similiter in militia philosophiæ logicæ P. Ramus optimè absolutissimèque cuncta perficiens, palmâmque in cunctis obtinens, solus præ vniuersis alijs verissimè ornatissimeque triumphat. Vnus hic dux est & imperator angustissimus & optimus. Vnus igitur meritò triumphator: vnus qui principali triumphantium honore dignus sit. Vt proinde nemo illorum tam feliciter vnquam pugnare potuit, qui non aliquot saltem vel pauciss imos suorum militum amitteret. Sic Ramus, quamuis victoriam heroicam reportans alijs rectissimè præferat habet nihilominus, quæ meliore censura & exquisitiori iudicio in eo digna, ideoque corrigenda aut prorsus expungenda

pungend... ideri possint. Neq; illa animaduersio quidquã eius Triumpho derogat. Magna fuit illorum gloria, magnus splendor, magnus honor: & sic Ramum sua quoque laude, maximoque semper honore afficiendum condecorandúmque esse existimo. Tibi verò Hilari Ruth hunc logicæ Rameæ triumphum offero, alijsque sub tuo in primis nomine, spectandum exhibeo: quandoquidem tu omniũ harum prælectionum, quarum auditor sedulus fuisti, testis vbique optimus esse poteris. Deinde vt testimonium aliquod esset publicum tuæ in percipiendis artibus ingenuis diligentiæ & indefessi studij: qui ex longinquis regionibus & alijs Germaniæ Academijs ad nos accedens, logicis alijsq; pluribus disciplinis operam satis laudabilem nauasti. Qua diligentia quoque tua ac morum simul probitate, tum scholæ nostræ præfectorum omnium tum ciuium & incolarum Corbachensium beneuolentiam tibi summam conciliasti. Et hæc sanè tibi in Danorum regno & vbiuis locorum laus erit haud infima: si intellexerint illi, te & præceptoribus & alijs viris principibus multum placuisse. Sed quid te commendem? Debuisti omninò generosorum tuorum maiorum, ac celebratissimæ tuæ familiæ vestigijs insistere: vt bonis literis excultus, felicius deinceps & maiore cum fructu atque laude reipublicæ prodesse posses. Et rectè feciſti. Nobilissimam enim pariter & antiquissimam esse tuam in Dania prosapiam: tuos, inquam, maiores prudentissimósque viros, magnificos Regum vestrorum serenissimorum tum clarissimos consiliarios, tum fidelissimos rerum bellicarum in vtroque Daniæ & Noruegiæ regno, sæpè etiam in Suecia duces & præfectos fuisse ex historicis scriptoribus cognoui. Video in Petri Rosefontani historia, Othonem Ruth, aui tui paterni fratrem sub Ioanne Daniæ, Noruegiæ & Sueciæ rege potentissimo Bahusij in Noruegiæ regno præsidem splendidissimæ familiæ, & rerum præclarissimè gestarum nomine commendari. Othonem, inquit ille, virum fuisse maximæ authoritatis, singularis industriæ ac rei bellicæ studio insigniter clarum. Unde etiam rex Ioannes virtute atque industria viri collaudata, arce Olsburgo in prouincia Vich, qua ipse

Otho mirabili tum temporis ſtratagemate ceperat, cum omnibus bonis adiacentibus, perpetuò poſſidenda eum donauit, & iuxta arci deinde Bornholnio & paucis poſt annis Oelandiæ inſulæ adminiſtrationi præfecit.

Video inſuper à Chriſtiano Cilicio belli Dithmarſici ſcriptore in primis etiam ſummis laudibus extolli patrem tuum piæ memoriæ Georgium Ruth, tuúmque patruum Ericum Ruth ſtrenuos & laudatiſſimos viros, filios Dn. Canuti viri ampliſſimi, & ob ſingularia in patriam merita equitis aurati: quorum vterque humanitatis clementiæ aliarúmque virtutum id eam ſibi ſemper propoſitam habuit, vt apud ſubditos & quoſuis alios etiam tenuioris conditionis benè audire poſſet. Ad nominis ſiquidem ſui claritatem non ſatis eſſe putabant poſſeſſionibus ſeſe auitis, ijſque ſplendidis cumulatos eſſe, aut regijs officijs & functionibus partim in Dania partim in Noruegia honorari: niſi etiam ampliſſimis inſuper animi dotibus præpollerent. Horum præterea frater natu minimus magnificentia & grauiſſima authoritate excellens fortitudinis & rerum proſpèrè fideliterque gerendarum exempla ſingularia, eáque laudatiſſima tibi propoſuit. Huic enim viro cum heroica fortitudine mira quoque prudentia innata, varioque vſu confirmata etat, vt fortiter & agere & pati vrgente neceſſitate quaſi ſuum eſſe duceret. Quamobrem hoc tandem promeritus fuit, vt virtute ſua inclareſcente ſub Rege Chriſtiano III. ad Gothlandiæ inſulæ in Orientali mari Danico adminiſtrationem mitteretur, cui ſeptem annos ſumma cum laude præfuit. Idem hic Otho deinceps exardeſcente iterum inter Danos & Suecos diuturno bello in Generoſi Domini Hermolai Trœlle equitis aurati & Amiralij defuncti locum à Sereniſſimo rege veſtro Friderico II. varijs iam ante & regijs honoribus ornatus, Amiralius regni electus eſt: vbi in nauali ſibi commiſſa militia fortiter pugnans hoſtem grauiſſimè aduſque mortem perſequendo ſummum ducem, ſuorúmque defenſorem ſe præbuit. Sed quod mireris, talem fore hunc Othonem ipſe Hermolaus, vt hiſtorici perhibent, iam moribundus prædixerat. Cum igitur optime Hilari, tantos taleſque viros

Deus

Deus æternus tibi in familia tua exuſcitarit: nihil p[illegible]æ tuæ glorioſius nihilque vtilius eſſe poterit, quàm te exe[illegible]pla eorum laudabilia omni ſtudio imitari. Hoc autem [illegible]poſſis, tuum certè fuerit in eo virtutum doctrinarúmque curſu, quo cœpiſti, pergere, & ijs animum tuum excolere. Ad hanc culturam ex artium ingenuarum ſtudio percipiendam dux & author tibi adiunctus eſt ornatiſſimus optimúſque iuuenis Nicolaus Seuerinus Danus Cimber: cui in te docendo omnem laborem non niſi ſuauem eſſe intelligo. Ei nec ingenium conſiliúmue, nec fides & conſtantia, nec etiam, quæ omnium maximè in docente requiritur, felicitas vlla ad artes docendas exercendáſque deeſt. Quam felicitatem ſuam declarauit, cum vices meas aliquandiu ſuſtinens logicam artem, me Baſileam proficiſcente, diligentiſſimè prælegeret & exerceret. Is hoc contendit, vt quamuis valetudo tua aduerſa per aliquot annos te fatigans obſtiterit, nihil tamen quin eximia cum laude & propinquorum gaudio in patrium regnum ſis rediturus, & præ alijs multis aliquando verè triumphaturus. Quod ſi forſan nonnulli putarint tibi ob hanc dedicationẽ Triũphi logici, contentiones & rixas logicorum probari potiùs, quàm ſublimiorem aliquam artem & ſublimiorem [illegible]ruditionem, ijs reſpondere poteris: tibi non contentionem, ſed veritatis omniũ rerũ, quæ hoc modo comparatur, inquiſitionem placere gratiſſimamque eſſe. Vale.

* *

CAPITVM ELENCHVS LIB. I.

1 Quid Dialectica. 1
2 De partibus Dialecticæ: quid inuentio, quid argumentū: deniq; quę primæ argumenti diuisiones. 2
3 De efficiente, procreante & conseruante. 6
4 De efficiēte sola & cū alijs 10
5 De efficiente per se & per accidens. 13
6 De materia. 15
7 De forma. 16
8 De fine. 18
9 De effectis. 20
10 De subiecto. 21
11 De adiuncto. 24
12 De diuersis. 27
13 De disparatis. 28
14 De relatis 29
15 De aduersis 31
16 De contradicentibus. 33
17 De priuantibus. 36
18 De pœnis. 37
19 De maioribus. 42
20 De minoribus 45
21 De similibus. 48
22 De dissimilibus. 51
23 De coniugatis. 53
24 De notatione. 55
25 De distributione. 56
26 De distributione ex causis. 57
27 De distribut. ex effectis, vbi de genere & specie. 59
28 De distributione è subiecto. 62.
29 De distributione ex adiunctis. ibid.
30 De definitione 63
31 De descriptione. 65
32 De testimonio diuino. ibidē
33 De testimonio humano legis & sententiæ, & eorum vsu in omni disciplina 70

LIBRI SECVNDI.

1 Quid iudicium. 75
2 De axiomatis affirmatione ac negatione. 76
3 De vero & falso. 77
4 De axiomate simplici. 86
5 De axiomate copulato. 89
6 De axiomate connexo. 90
7 De axiomate discreto. 91
8 De axiomate disiuncto. 92
9 De Syllogismo, & eius partibus. 93
10 De Syllogismo simplici primo, eiusq; contractione. 95
11 De Syllog. simplici secūdo. 98
12 De secunda specie syllogismi simplicis explicati 101
13 De syll. connexo primo. 103
14 De syllo. cōnexo secūdo. 106
15 De syl. disiuncto primo. 107
16 De syl. disiuncto secūdo. 108
17 De methodo secundū Aristotelem vnica. ibidem.
18 De prima methodi illustratione per exēpla artiū. 110
19 De secunda methodi illustratione per exempla poetarum, oratorum, historicorum. 111
20 De Cryptica methodi. 114

P. RA-

P. RAMI DIALECTICAE LIBER PRIMVS, DE INVENTIONE.

CAPVT. I.

Quid Dialectica.

DIALECTICA est ars bene differendi: eodémque sensu Logica dicta est.

Dialectica dicta est ἀπὸ τῦ διαλέγεσθαι: hoc autem veteribus Græcis idem significavit, quod λογίζεσθαι, raciocinari, aut ratiocinando aliud ex alio colligere, hoc est, si generaliter accipiatur, rem quamlibet, siue materiam siue quæstionem dicas, adhibita ratione alio quodam arguere: vel in re qualibet explicanda rationem adhibere. Quamobrem differere etiam in hac arte nihil aliud erit, nisi λογίζεσθαι vel vt Plato alibi loquitur, τῷ λογῳ χρῆσθαι ratione vti. Et hac ratione Dialectica, quæ inde appellationem traxit, commodius definietur ars bene vtendi ratione, ein vernunfft kunst, oder ein kunst die vernunfft recht zugebrauchen: *ne opus sit in verbo differendi explicatione metapheræ à seminum projectione aut dissèminatione agricolarum desumptæ: nec synecdochica accommodatione partis vnius ad totam partem. Vbi cunque enim fieri potest, tropicæ definitiones artium euitandæ sunt. Siue igitur Dialecticam siue logicam nomines, intelligetur ars vtendi ratione. In hoc enim tota ars occupatur, vt rationem rectè vsurpemus, adhibeamus, eáque rectè vtamur in omnibus: nempe propriam eius subiectum, est vsus rationis: id quod alij minus explicatè docent, qui simpliciter asserunt, Logicæ subiectum esse, ens & non ens. Istud enim commune est*

omnium artiũ Logicarum ſubiectũ. Piſcator verbi διαλεγεσθαι, etymologiam tantum deducens à ſermone minus accommodatè, Dialecticam interpretatur, ein vnderredknuſt *& differere idẽ eſſe quod colloqui, ſiue docere. Neq; veteres etiam hoc ſenſu iſta vocabula ſumpſerunt in hac arte: quod generalem totius artis facultatem haud exprimant, quomodocunque Piſcator verbum Docere explicat. Idem interpres particulam bene in poſita definitione redundare putat: quoniam eius ſignificatio ſub vocabulo artis comprehenditur. Atquî omiſſo iſto aduerbio, neſcirem equidem quomodo εὐφραξίαν artis ſatis euidenter oſtendere poſſemus: cum multi ſibi perſuaſuri ſint, ea non opus eſſe arte, cuius facultatem à natura inſitam habeamus: niſi adita particula bene, differentiam artis & naturæ oſtendat, vtpote meliorem & perfectiorem eſſe artem, quàm natura eſſe poſſit: id quod in etymologia & definitione artis haud declaratur.*

CAP. II

De partibus dialecticæ: quid inuentio, quid argumentum: denique quæ primæ argumenti diuiſiones.

Dialecticæ partes duæ ſunt, Inuentio & Iudicium. Inuentio eſt pars Dialecticæ de inueniendis argumentis. Argumentum eſt, quod ad aliquid arguendum affectum eſt: quales ſunt ſingulæ rationes, ſolæ & per ſe conſideratæ. Argumentũ eſt artificiale aut inartificiale: artificiale quod ex ſeſe arguit: eſt autem primũ, vel à primo ortum. Primũ, quod eſt ſuæ originis: eſtque ſimplex aut comparatũ. Simplex, quod ſimpliciter & abſolutè conſideratur: eſtque conſentaneum aut diſſentaneum. Conſentaneum eſt, quod cõſentit cum re quam arguit: eſtque conſentaneum abſolutè aut modo quodam: abſolutè, vt cauſſa & effectum.

SCHOLIA.

Diſtributio totius logicæ proponitur, è cauſis integram artem conſtituentibus deſumpta. Nec enim perfectè illa traditur, niſi vtraque pars eius, ſecundum naturalis logicæ typum ſimul explicetur: quandoquidem naturalis ratiocinandi facultas nulla alia officia præter inuentionem & diſpoſitionem agnoſcit, quę integritatem rationis, adeoq; ipſam ſapientiam perficiunt. Vt etiã Deus Iehouah Aaronis olim ſummi pontificis & aliorum deinceps

ceps pectorale insignitum esse voluit duabus tantum hisce notis, Vrim & Thumin: quibus monerentur, omnia logicè, id est considerate & prudenter, vernunftlich vnd weiklich, tractanda & disserenda esse. Vrim enim lucem mentis ad inueniendum & cogitandum quiduis significans, priorem logicæ partem denotat inuentionem: Thumim uero ordinis accurationem ad benè incorruptéque iudicandum innuens, posteriorem partem ostendit, iudicium. Quo sensu Græci totum istud pectorale ἐν partibus distinctum λογεῖον nominarunt. Et Lutherus Germanicè notas illas interpretatur, das liecht vnd das recht. Inuentio enim seu lumen in tenebris nostræ rationis accensum res omnes illustrat & perspicuas reddit: Iudicium vero perspicuitatem istam & illustrationem ceu iudex aliquis dijudicat. Piscator hoc in loco distributionẽ autoris è materia & forma desumptã esse cõmentatur. Sed quòd addit materiam Dialectices esse argumenta, & formã esse argumentorum cum quæstione dispositionem, non intelligo an explicatè satis dictum sit. Materia enim, vt aliarum artium, ita huius quoque artis, præcepta sunt: Forma autem est legitima eorũdem traditio atque descriptio. Imo quis quæso ignoret, formam, quam Piscator nominat, non totius logicæ, sed syllogistici tantũ iudicij formam esse? Quis vnam solummodo partem artis, diceret eius esse materiam, alteram vero formam? Forma materiæ coniuncta in omnibus præceptis elucet. Idem insuper hìc reprehendens eos, qui dialecticam distribuerunt in Topicam, Apodicticã & Sophisticam: inter cætera addit, ex hac distinctione non quidem totius dialecticæ species, sed potius duplicem speciẽ syllogismorum desumi posse: idq; ratione materiæ. Distributio quidem illa erronea est: at demonstratio erroris non sufficiẽs, sed & ipsa obscura & erronea est. Si enim omnia artis præcepta antequã animaduerteret in eam perlegisset, facile opinor didicisset syllogismos nõ ratione materiæ esse distribuendos: & si maximè hoc fieri posset, esse tamen aliam insuper materiam eorũ, in rebus omnino falsis.

Prima proinde pars definitur de inueniendis argumentis. Vbi Oleuianus quamuis pleraſque alias definitiones ex Ramo verbotenus quoque discriptas retinuerit, ait tamen, inuentionem esse, quæ tradat locos partim argumentorum, partim rerum: locos rerum appellans decem prædicamenta. Sed qualis hæc est inuentionis differentia? An diuersi & distincti sunt loci argu-

mentorum, itémque alij rerum? An non è tam multis P. Rami scholis obseruare potuisti, eandem esse viam ac rationem inueniendi argumenta vniuersis rebus explicandis acommodata? Idem loci, qui rectius argumẽta vocantur, adhiberi possunt, in omni rerum declaratione. Prædicamẽta igitur à reliquis argumentis separatim velle distinguere, sententia est imperitorũ Aristotelicorum, qui naturam inuentionis non satis generaliter & rectè considerant. Omnia argumenta sunt loci, vel potius affectiones rerum, quibus eas arguimus, & inter se distinguimus. Et talia quoque sunt Prædicamenta. Quæcunque enim eandem aliquam definitionem communiter participant, ea inter se eiusdem naturæ definitæ sunt: Prædicamenta totam argumentorum definitionẽ ex æquo sibi sumunt. Ergo & ipsa erunt argumenta, horúmque nominibus rectè appellabuntur. Atqui, dixeris Oleuiane, locos illos esse tanquam simplicem quendam catalogum aut enumerationem rerum arguendarum. Rerum certè dinumeratio, aut symbolica descriptio in logicis planè aliena est: eæ siquidem ex alijs artibus huc ad differendum adferendæ.

Argumentum autem definitur, quod ad aliquid arguendum affectum sit. Nempe argumentum est omnis affectio seu notio rerum, mente nostra ab ijs abstracta, quæ quamlibet rem aliam, eiusdem siue similis & cognatæ affectionis participem, quolibet modo planam perspicuámque reddit & explicat. Non enim coniunctæ tantummodo quæstionis syllogistica comprobatio, argumentum est: sed singulæ etiam rationes vel vnico symbolo siue vocabulo comprehensæ, adeóque singulæ sententiarum quarumlibet partes aliquid arguunt. Genera verò argumentorum qualia sint, è mutua tantum illa affectione, quam ad aliud arguendũ obtinent, perspicitur. Vnicuique enim eorum talis affectio, hoc est mutua siue relatiua aut reciproca arguendi facultas ineſt, arguẽtis videlicet & eius quod arguitur. Ideoq; omnia etiam genera argumentorum relata dici possunt, quod mutuam habeant cognationẽ, qua simul subsistunt, intelliguntur & explicãtur. Et hæc de relatione tanquã cõmuniora hoc cõmuniore in loco antè distributionẽ argumenti, breuiter monuisse autorem oportebat. Sed quę omissa sunt generaliora, lex καθόλε πρῶτον iubet suo in loco addi. Quamobrẽ ante distributionẽ argumẽti hæc verba sequentia interserẽda esse cẽseo: Notio enim argumẽtis & rei quæ arguitur,

ita

ita inter se affectæ & accommodatæ sunt, vt altera alterâ re-
latiuè aut reciprocè arguat. Relatio autem illa arguendi, est mu-
tuus argumentorum consensus mutuaq; cognatio: vt nulla spe-
cies possit esse aut dextrè intelligi sine altera eiusdem sui gene-
ris. Omnia igitur genera eorum sua natura cognata atq; simul
sunt & cognoscuntur: vt qui alterum perfectè norit, & reli-
quum eiusdem generis nouerit. Hæc puto de relatione textui
addenda esse, quia omnium argumentorum sunt communia. Et
contra legem sit illa sigillatim in singulis speciebus velle repe-
tere. Quam legem quod autor non obseruauerit, vitiosè admo-
dum de quibusdam solummodo argumentis docet ea esse æquè
manifesta, & in ijs reciprocationem esse: id quod cunctorum
pariter commune est. Vt causa effectum, ita hoc vicissim suam
causam arguit: sicuti subiectum arguit suum adiunctum, ita
hoc quoque vicissim arguit illud. Idem de cæteris generibus
intelligendum. Piscator hisce omissis addit tantùm, autorem
vocabulum argumẽti nouatè & abusiuè posuisse: causam red-
dens quòd illud vulgata significatione nihil aliud sonet: nisi
probationem aut syllogisticam demonstrationem, quæ rei solum
dubiæ aut coniunctæ quæstioni fidem faciat: non autem sim-
pliciter aliquid extra syllogismi dispositionem explicare. Sed
qua fronte negabit, quin argumẽtum Ciceroni Latinorum prin-
cipi sæpissimè significet simpliciter quidpiam extra syllogismos
declarare aut exponere, & qualibet ratione illustrare, vt pro
quolibet indicio sine documento sumatur. Quamuis documen-
tum videri possit vocabulum in hac arte nouatum. Hoc modo
singula rerum symbola siue nomina per se aliquid arguunt, hoc
est absque alterius additione rem nominatam declarant. At-
tamen hoc ipsum quoque Piscator negans, particulam per se,
ait, vitiosè à Ramo additam esse, quia argumenta nulla absolu-
tè per se cõsiderari queant. Esto sanè. Quomodo singulæ ratio-
nes arguant, & è quo genere desumptæ sint, non facilè absque
alijs axiomaticè additis deprehenditur: nihilominus tamen
singulæ per se sumptæ aut cogitatæ aliquid arguunt. Intelli-
gentibus itaque aliud esse, argumentum per se sigillatim sum-
mi, aliud item esse, arguventi modum atque genus conside-
ri: facillimum erit videre, inanem esse & vitiosam hanc
Piscatoris reprehensionem, qua autorem tam temerè cauilla-

ur. Distributio deinceps argumentorum subijcitur, vbi tot modi totidémque genera eorum recensentur, quot sunt rerum arguendarum affectiones. Sunt autem istæ, consentio, dissentio, comparatio, nominum explicatio, distributio, definitio, & testimonium. Et totidem quoque argumentorum, quæ ijs ipsis nominibus appellãtur, classes erunt. Primum genus est, quo res consentientes arguuntur. Verùm distributi illud ab autore in absolutè & modo quodam consentaneum: nescio quî debeam intelligere. Et hæc distributio semper mihi mouit scrupulũ. Species quidem nominantur, sed non satis definiuntur. In prima specie interpretes aiunt essentialem siue arctiorem consensionẽ esse: in altera accidentalem & leuiorem. At vero si differentiã hanc consentaneorum tribuamus ipsis affectionibus, siue argumentis: minus Logica distributio videtur. Aequalem enim siue parem habebunt omnia consentionem. Sin autem in ipsis rebus consentientibus eam quærere velimus: non video quomodo hoc fieri queat, vt specialibus exemplis illustrabitur. Ocium & amor, nutrix & liberi, Romulus & vrbs Roma, quæ exempla sunt causarum, si intrà affectiones, quas argumenta vocamus, considerentur, non magis consentiunt, quam animus, & quæ ab eo siue ex eo procedit, scientia: item Homo & sanitas: item visus & color, & sic de cæteris. Siue igitur nudas affectiones, siue res ipsas etiam spectes, consentaneorum tamen distributio videtur in autore imperfectior.

CAP. III.

De efficiente, procreante & conseruante.

Causſa eſt, cuius vi res eſt. Itaque primus hic locus inuentionis, fons eſt omnis ſcientiæ: ſcirique demum creditur, cuius cauſſa teneatur: vt merito dicatur à poeta.

Felix qui potuit rerum cognoſcere cauſſas.

Cauſſa, eſt efficiens & materia, aut forma & finis. Efficiens, eſt cauſſa à qua res eſt: cuius etſi vera genera nulla nobis appareant, vbertas tamen permagna modis quibuſdam diſtinguitur. Primo quod procreet aut tueatur. Ouid. 1. de Remedio:

Ergo vbi viſus eris noſtra medicabilis arte,
Fac mentis fugias ocia prima meis.

Hæc

Hæc vt ames, faciunt: hæc quæ fecere tuentur:
Hæc sunt iucundi cauſſa cibúſque mali.
Ocia ſi tollas, perlêre Cupidinis arcus:
Contemptæ iacent & ſine luce faces.

Sic pater & mater procreant: nutrix tuetur quarto Aeneid.

Non tibi diua parens generis, nec Dardanus author
Perfide: ſed duris genuit te cautibus horrens
Caucaſus, Hircanæque admorunt vbera tigres.

"procreant
& conſeruans

Sic vrbium cæterarúmque rerum conditores & inuêtores, vt, Romulus Romanæ vrbis conditor: Reges deinde reliqui, conſules, imperatores, tutores & conſeruatores fuêre.

SCHOLIA.

In generali cauſarum definitione Piſcator addendũ eſſe cẽſet, verbum Fit: vt hoc modo legatur, Cauſa ei, cuius vires eſt vel fit. At puto equidem, vt maxime verbum illud non addatur, ſatis tamen perfectam eſſe autoris definitionem. Rem enim eſſe recte dicitur de vniuerſis ſiue factæ ſint antè, ſiue adhuc ſint in γενέσει, in ipſo opere aut productione. Deſiderium igitur Piſcatoris hoc in loco inane eſt. Cauſarum proinde argumentum à Ramo bis binis ſpeciebus determinatur, quæ loco aduerſorum generum recenſentur. Sed facile potuiſſet dichotomiam & duobus generibus comprehenſam cauſarum diſtributionem hoc modo proponere: Cauſæ vel ſunt ante rem effectam, vel ei congenitæ. Ante rem effectam ſunt efficiens & materia. Congenitæ effecto ſunt forma & finis. Id autem à ſine deinceps ſeparatim demonſtrabimus. Piſcator etiam binem rem partitionem ſecuturus, cauſam aliam eſſe dicit externam, aliam internam: illius generis efficientem & finem numerans, huius vero materiam & formam. Ecquid autem hic deſideratur? Quod ſatius ſit atq; rectius eiuſmodi partitionem retinere, vbi ordo cauſarum ſeruetur, quẽ ipſa natura magiſtra docet & præſcribit: ſicuti fit in dichotomia à me propoſita, quæ cauſarũ ſeriẽ à Ramo deſcriptam enumerat. Primò enim ad omnem effectum producendum requiritur efficiẽs, quæ tamen ſine materia haud quidquam facit. Et materiã deinceps præparatam eſſe oportet, antequam formam ei imprimere velit.

Quod vt maximè factum sit, nondum tamen perfecta est re
nisi fine simul suo constiterit, vt vsus aliquis eius esse possi
Cum forma igitur rei, finis quoque protinus inhæret. Atqu
immutat hunc ordinem Piscator, finem describens ante mat
riam & formam. Oleuianus interpres eorundem causarum
genus distinguit, in causam verè dictam & sine qua non. Se
subtiliore eiusmodi distinctione, cur non carere hæc doctri
posset? Causa dicitur omne idipsum, cuius vi & motu aliqui
producitur. Et hoc intellexerat Oleuianus. Cur igitur a
sumere etiam illud non poterat: causam sine qua non, omnin
aliquid sua præsentia facere ad effectum: adeoque vim &
motum quendam habere, quatenus absq; ea effectum produ
nequit. Ergo hanc quoque causarum nomine verè rectéque di
ci ac definiri. Causam deinceps quàm verè sic dictam voca
subdistinguit in eam quæ omnem potentiam & vim habet, &
aliam quæ aliunde acceptam vim obtinet. Quis autem fini
quæ occasio, quænam ratio huius distributionis est? Est ne il
ab autore neglecta? An non Ramus eandem sub secund
causæ efficientis distinctione comprehendit, qua diuiditur il
in solitariam, quæ per sola omnem vim ad efficiendum tribui
& conficientem, quæ aliunde simul accepta virtute agit? Om
nino sanè. Non igitur opus erat ista distinctione: quasi sing
lari alia in textu autoris omissa. Efficiens deinde causa, à qu
res est, rectissime loco primo definitur: quomodocunque etia
interpretes ordinem causarum immutent. Primus omnium a
gendi modus est efficiens, adeóque vis & facultas huius om
nium primo requiritur. Nulla materia præparari aut informa
ri poterit, nullaque res produci, nulla finem suum consequi, ni
si ab efficiente prius præparetur, & simul absoluatur. Et ho
si considerasses Oleuiane, haud certè ordine autoris immutat
causæ finali primum locum dedisses. Ecquæ amabò, tuæ disp
sitionis ratio est? Primo finis sese offert, ais in deliberation
aut ratiocinatione efficientis de effecto. Recte quidem. A
qui cogitatio ista facit vt efficiens agere aliquid aggrediatur
aut de fine consequendo sollicitus sit: estque seu adiunctu
eius. Non est autem ipsa causa finalis, quæ effecto inest. Eff
cientis causæ summa genera ponuntur procreans & conseruã
Quam tamen distributionem vtpote sequentibus duabus spec

liorem, ego mallem tertio loco traditam esse, & tertiam quæ sequetur, hoc priore loco describi: Generalior siquidem atque prior motus est, per se aliquid efficere, aut naturali inclinatione, aut propria voluntate, quam procreare vel conseruare. Natura enim aut consilium siue etiam causa quæ is per accidens mouet nos ad procreationem, vel ad conseruationem. Quamobrem etiam istæ causæ ante distributionem primam rectissimè describerentur & explicarentur. Attamen placet interim hæc prior distinctio in procreantem & conseruantem. Piscator vero nescio quam subtiliter putat causam procreantem prius ab autore distinguendam fuisse in generantem & corrumpentem: & hanc posteriorem iterum in abefactantem & perdentem. Sed quid refert, quocunq; modo, aut è quibuscunque principijs efficiens procreet, siue de nouo substantiam aliquam gignat, siue veteris formam corrumpendo nouam effingat? Logico suffecerit generaliter motum procreationis considerare. Quid quòd in Physicis omnis promodum generatio est quædam corruptio, & vicissim omnis corruptio est quædam generatio? vt nihil etiam inter illas species sit aduersitatis. In omni enim eiusmodi motu aliquid procreatur. Itaque Piscatoris ista distributio abesse poterat.

Ad causam vero procreantem in textu autoris referri desiderauerim exempla relatorum argumento subiecta. In his enim causa quædam procreans, & eius effectum arguitur. Primum Cicero pro Cluente. Iam illa matura, vxor generi, nouerca filij, filiæ pellex, &c. Cicero enim eo in loco argumento causæ procreantis ostendit, scelestissimum facinus fuisse Cassiæ, quæ violato naturæ ordine, cum socrus esse deberet generi sui Melini, facta est eius vxor, eúmque maritum habuit, & filium fecit priuignum. Vxor nimirum fecit maritum. Absque vxore siquidem nemo vnquam maritus esse aut concupari potest. Similiter nouerca quæ fit filij, eo ipso simul filio priuignum facit: vtpote caussa eius procreans, & ipse vicissim effectum eius. Alterum deinde exemplũ Ouidij è 1. Metamorph. huc pertinet.

——Non hospes ab hospite tutus.

Non socer à genero, fratrum quoque gratia rata est.

Hoſpes enim excipiens cauſa eſt, cur ſit & dicatur alter h ſpes exceptus. Socer generi cauſa eſt. Frater fratris. Mari coniugis. Nouerca priuigni. Vnuſquiſque enim horum, alt rum ſuæ eſſentiæ cauſam procreantem habet. Item illud Ma tialis:

Tum ſeruum ſcis te genitum, blandeq́, fateris,
Cum dicis dominum, Soſibiane patrem.

Hic enim poſita cauſa Martialis arguit effectum. quaſi d cat: Pater quem habuiſti, factus eſt dominus tuus. Tu gitur eris eius ſeruus. Vbi ſeruus effectum eſt domini qu ab eo factus, & viciſſim.

CAP. IIII.

De efficiente ſola & cum alijs.

Secundo, cauſſa efficiens, ſola efficit aut cum alijs. E rumque omnium ſæpe alia principalis, alia adiuuans miniſtra. 9. Æneid. Niſus auocat ab Eurialo in ſe fact cædis & culpam & pœnam: quia ſolus author fuerit:

Me me, adſum, qui feci: in me conuertite ferrum,
O Rutili: mea fraus omnis: nihil iſte nec auſus
Nec potuit.——

Solitaria cauſſa Solitaria cauſſa cum pleriſque & principalibus & ſ cijs pro Marcello variè adhibetur. Nam bellicas laud (ait Orator) ſolent quidam extenuare verbis, eaſq detrahere ducibus, & communicare cum militibus mu tis, ne propriæ ſint imperatorum. & certè in armis, mil tum virtus, locorum oportunitas, ſociorum auxilia, cla ſes, commeatus multum iuuant: maximam verò partem quaſi ſuo iure fortuna ſibi vendicat; & quicquid eſt pro ſperè geſtum, id penè omne ducit ſuum. At verò h ius gloriæ, Cæſar, quam es paulò antè adeptus, ſ cium habes neminem: totum hoc, quantum cunque e (quod certè maximum eſt) totum (inquam) eſt tuum Nihil tibi ex iſta laude centurio, nihil præfectus, nih cohors, nihil turma decerpit, quinetiam illa ipſa r rum humanarum domina fortuna in iſtius ſe ſocietate gloriæ non offert: tibi cedit, tuam eſſe totam ac pro priam

Cauſſæ miniſtræ

Cæſar erat cauſſa principalis

priam fatetur. Instrumenta etiam in causis adiuuantibus connumerantur. quo argumento impius Epicureus disputat mundum nunquam esse factum. 1. de Nat. Quibus enim (ait) oculis animi intueri potuit vester Plato fabricam illam tanti operis, qua construi à Deo atque ædificari mundum facit? Quæ molitio? quæ ferramenta? qui vectes? quæ machinæ? qui ministri tanti operis fuerunt?

SCHOLIA.

Secunda distinctione causa efficiens alia solitaria est, alia conficiens. Solitaria, quæ sola absque alijs agit. Vulgò Totalis dicitur, vt sola fides iustificat. Deus tãtum omnia condidit. 2. Ebræor. Conficiens verò causa est quæ cum alijs coniuncta simul efficit. Quo sensu etiam partialis dicitur. Conficiens alia principalis est, alia administra. Principalis est, quæ plus agit, quàm cæteræ. Vt Alexander vicit Persas. Administra siue adiuuans denique est, quæ principali suppetias adfert & subministrat. Sic milites alijq; bellorum duces victoria potiuntur. Hoc modo si definiantur singula in præsenti capite autoris, doctrina erit illucidior: alioquin satis perfecta. Piscatoris enim animaduersio, qua causam conficientem generaliore partitione distribuendam fuisse ostendit in principalem & instrumẽtalem: quæ quasi genus adiuuantium iterum distinguenda sit in ociosas & administras, plus subtilitatis quam veritatis in se continet. Qua enim differendi innouatione causam instrumẽtalem commune adiuuantium genus esse dicemus? Instrumentum quidem omne, quo aliquid efficimus, logicè ad causas adiuuantes referri potest, tanquam species ad suum genus: attamen omnem adiuuantem causam nominare velle instrumentum siue causam instrumentariam, planè fuerit ἄλογον. Species enim communionem generis participant, & ex eo definiuntur: non vicissim genus specierum nomine definiri & appellari potest. Ociosa insuper causa ab eodem dicitur, quæ se ipsam non moueat. Sed quænam huius definitionis ratio est? Detur hoc, instrumenta seipsa non mouere, sed à conficiente tantum principaliore moueri. An iccirco autem causas instrumentarias prorsus ociosas & quietas nominabis? Quomodo si nullam efficientiam, nullum motum, nullam denique actionem ijs tribuere velis?

in causarum ordinem eas referre poteris? In omni enim causarum specie vis & motus aliquis inest, vt ex generali earum definitione intellectum fuit. Nulla igitur causa ociosa nominari poterit. Oleuianus etiam perfectionē in autore causæ conficientis, quam ipse partialem vocat, distinctionem requirit. Addens itaque plures, primò eam diuidit in necessariò vel contingenter ordinatam, quæ ex necessitate quadam vel fortuitò agat. Facilè autem videri poterat talem distributionem ab ipso etiā Ramo comprehendi sub causa accidentaliter efficiente, quæ in tertia deinceps distinctione duabus speciebus explicatur. Minimè igitur Piscatoris & Oleuiani in hoc caput animaduersionibus opus fuisset. Autor satis accuratè definita genera distribuit: rectè quoq; instrumēta in causis adiuuantibus numerauit. Siue vi enim & efficatia siue motu instrumentorum efficiens sæpè nihil operari aut producere potest. Quemadmodum nemo absque libris & sumptibus mediocrem sibi eruditionem comparare potest. Sunt enim hæc quæ ad solidiorem eruditionē ceu causæ instrumētariæ requiruntur. Quamobrem omne argumētum ab instrumentis desumptum causæ adiuuanti subijcietur: quoniam illa quidem requiruntur ad actionem, nec tamen per se sola quidquam, sed ab alijs mota & assumpta efficiunt. Piscator insuper in resolutione exempli, quod autor instrumentis è Cicerone subiecit, primum hoc esse ait exemplum argumentationis: forsan opinor, vt distinctionem illustraret declarationis & argumentationis à se positam. Verùm si hæc differentia in exemplorum analysi sedulò obseruanda sit: talis quoq; fuit argumentatio in primo causæ procreantis exemplo: etsi non syllogistica, attamen enthymematica, vbi Ouidius arguens ocium esse causam amoris, exinde concludit, si ocium euitetur, Cupidinis quoq; arcum nihil valere, & amorem langueſcere. Præterea idem in eodem exemplo ad demonstrandum consequentiam certa quædam ponit Axiomata. Vulgò regulas consequētiarum siue Maximas vocant: vtpote quæ videantur ab autore omissa. Atqui cuperem ex ipso rescire, quare in doctrina inuentionis tantopere desideret indicium consequentiæ aut inconsequētiæ? Simplex hîc & nuda singulorum argumētorum proprietas siue propria arguendi ratio in exemplis illustratur, extra vllam quoque syllogisticam dispositionem consideranda: vt simpliciter inde

perci-

percipiamus, quomodo singula argumenta ad rem in quæstione positam siue arguendam affecta sint. Quis verò negauerit id ipsum è singulorum definitionibus satis superq; cognosci atque intelligi posse? Nullæ igitur singulares regulæ consequentiarũ hoc loco addendæ fuerunt. Et si omninò forent necessariæ: præceptis certè iudicũ rectius quàm inuentionis adjicerentur. Finem hîc facerem, nisi in mentem mihi veniret causæ, quæ dicitur sine qua non. Hanc siquidem puto causam esse conficientem, quæ alias quaslibet efficientes in producendo effectu iuuant, eo quòd nihil sæpè absque eius præsentia effici possit. Qualis est in curatione vulnerum remotio puris: quæ per se quidem sigillatim nihil præstat. Nec tamen absque ea reliquæ causæ efficientes scopum suum consequi possunt. Vellem itaque sub finem huius capitis post exemplum Ciceronis aliquid de hac causa ab autore ipso additum fuisse. Nempe ad causas adiuuantes etiam referri posse causam, sine qua non, æquè atque instrumentarias.

CAP. V.

De efficiente per se & per accidens.

Tertio, causſa efficiens, per ſe efficit aut per accidens: per ſe, quæ ſua facultate efficit: vt quæ natura vel conſilio faciunt. Ventorum naturalis efficientia eſt. 1. Æneid.

Incubuêre mari, totum q; à ſedibus imis
Vnà Eurus q; Notus q; ruunt creber q; procellis
Africus, & vaſtos tollunt ad littora fluctus.

Conſilij exemplum eſt illa Ciceronis de ſe confeſſio. « Suſcepto bello (Cæſar) geſto etiam magna ex parte, « nulla vi coactus, iudicio meo, ac voluntate ad ea arma « profectus ſum, quæ erant ſumpta contra te. Per acci- « dens efficit cauſa, quæ externa facultate efficit: vt in his quæ fiunt neceſſitate vel fortuna: neceſſitate, cùm efficiens vi cogitur ad effectum, qualis eſt Pompeianorum excuſatio. At mihi quidem (ait Orator) ſi proprium & « verum nomen noſtri mali quæratur, fatalis quædam ca- « lamitas incidiſſe videtur, & improuidas hominum men- « tes occupauiſſe: vt nemo mirari debeat humana conſi- «

« lia, diuina neceſſitate eſſe ſuperata.

Fortuna, eſt cauſa per accidens, quando præter efficientis ſcopum aliquid accidit. Sic caſu fortuito (ait Tullius 3. de Nat. Deorum) Pheræo Iaſoni profuit hoſtis, qui gladio vomicam eius aperuit, quam ſanare medici non poterant. In hoc genere cauſarum imprudentia connumerari ſolet. Ouid. 2. Triſt.

Cur aliquid vidi? cur noxia lumina feci?
Cur imprudenti cognita culpa mihi eſt?
Inſcius Actæon vidit ſine veſte Dianam:
Præda ſuis canibus nec minus ille fuit.
Scilicet in ſuperis etiam fortuna lucenda eſt:
Nec veniam, læſo numine, caſus habet.

« Hinc ſumitur deprecatio: qualis eſt pro Ligario: I-
« gnoſce pater: errauit: lapſus eſt: non putauit: ſi vnquam
« poſthac. Et paulò pòſt: Errau i: temerè feci: pœnitet: ad
« clementiam tuam cõfugio: delicti veniam peto: vt igno-
« ſcas, oro. Fortunæ autem nomen ignoratio cauſarum cõfinxit: cùm enim aliquid præter conſilium ſpémq; contigerit, fortuna vulgò dicitur: nec inſcitè Iuuenalis,

Nullum numen abeſt, ſi ſit prudentia: ſed te
Nos facimus, fortuna, deam, cæloq; locamus.

SCHOLIA.

Doctrina autoris in hoc capite facilima eſt. Quatuor cauſæ efficientis ſpecies enumerantur. Naturalis & voluntaria, quæ per ſe agunt: item Neceſſaria & fortuita per accidens efficientes. Vbi tamen abſolutior foret doctrina, ſi neceſſitas vel cauſa neceſſaria plenius diſtincta eſſet in coactam, & aliam nõ coactam. Hæc enim neceſſitatis diſtinctio in vſu diſſerendi frequentiſſima eſt, & præſertim in rebus forenſibus, vbi non ab alijs impulſos quidpiam feciſſe oſtendimus, ita vt ijs vel reſiſtere vel non reſiſtere potuerimus. Coacta verò neceſſitas eſt, quæ nolentem volentem vi & lentia quadam cogit. Incoacta eſt, quæ impediri aliquando poteſt. Ita Deus volentem tantum trahit. Huius igitur generis erit fatum, prouidentia Dei, prædeſtinatio & ſimile aliquid impellens. Et huc referri poteſt exemplum neceſſitatis in textu poſitum. Talis etiam cauſa eſt, quælibet occaſio, quæ ad effectum quempiam impellit. Vt occaſio facit fu-

veni-

vem. Et Oleuianus rectè de occasione monet, eam ad causam pertinere accidentalem: quamuis certam eius speciem non designet. Itaque in textu autoris post definitionem & exempla necessitatis hoc desiderari possit. Fortuna proinde breuiter dicta potest causa cuiuslibet rei indefinita: hoc est, quã certo ac definito nomine exprimere haud valemus. Satis igitur enucleatè sub finem additur, ignorationẽ causarũ fortunæ nomen finxisse. Temerè enim & fortuitò contigisse omnia illa arguimus effecta, quorum causam nouisse & reddere certam nequimus. Et sanè in omnibus quæ fortunæ adscribuntur, causa aliqua certa subest, vt maximè nobis sit incognita. Omnia siquidem disponente & ordinãte Deo fiunt ob aliquam causam, vt rectè Plato philosophatur de vniuersitate. Quicquid igitur fortuitum esse asserimus, id suam habere causam fatemur, cuius tamen vim & motum nos nequaquam deprehenderimus. Secus fortuna, quæ dicitur vtpote quæ nihil effecit, immeritò in causarum ordine reponeretur.

CAP. VI.

De Materia.

Materia, est causa ex qua res est. Hoc argumento fícto, apud Ouid. 2. Metam. Solis domus auro, pyropo, ebore, argento componitur.

Regia Solis erat sublimibus alta columnis,
Clara micante auro, flammasq́; imitante pyropo:
Cuius ebur nitidum fastigia summa tegebat:
Argenti bifores radiabant limine valuæ.

Cæsar 1. Bel. ciuil. Imperat militibus Cæsar, vt naues «
faciant, cuius generis eum superioribus annis vsus Bri- «
tanniæ docuerat: carinæ primùm ac statumina ex leui «
materia fiebant: reliquum corpus nauium, viminibus «
contextum, corijs integebatur. «

SCHOLIA.

Causæ materialis nomine intelligitur omne illud ipsum, è quo aliquid esse aut constare arguimus. Et hæc idcircò omnium rerum & non rerum, & tam spiritualium quàm corporatarum communis est, ũsq́; vniuersis Logicæ attribuitur: intelligibilibus rebus materia intelligibilis, sensibilibus sensibilis. In en-

tium autem intelligibilium explicatione, vbi materia ex qua, dari proprio nomine non potest, communio plerunq; generalis pro ea ponitur, vt in definitionibus illarum rerũ, posito aliquo genere, materia ipsa arguatur. Hoc modo si spiritus definiantur essentiæ formatæ rationales: definitio constat materia & forma. Essentiæ enim communio spiritibus ceu materia tribuitur. Hoc modo artium, quæ mente tantum concipiuntur, materiam præcepta esse dicimus. Virtutum materia est in seminibus & igniculis earundem. In rebus corporatis mundus etiam suam habet materiam, sed non tamen præexistentem. Materia vero, quæ ab alijs cognominatur in qua, scilicet aliquid inhæret aut inest: item altera quæ dicitur circa quam, aliquid nimirum versatur aut occupatur: est solummodo subiectum inhærens aut occupans, nec quidquam vt materia arguit,

CAP. VII.

De Forma.

Causæ primum genus eiusmodi est in efficiente, & materia: secundum sequitur, in forma & fine. Forma, est causa per quam res est id quod est: ideoque hinc à cæteris rebus distinguitur: & forma, simul cum re ipsa ingeneratur. Anima rationalis, est forma hominis: quia per eam homo est homo, & distinguitur à cæteris omnibus naturis. Geometricarum figurarum, in triangulis, quadrangulis sua forma est: Physicarum, cœli, terræ, arborum, piscium sua forma est. Vnde præcipua rerum vt natura est, sic erit explicatio, si possit inueniri: vt in artificio
» sis rebus facilius occurret. Cæsar 7. Muri autem omnes
» Gallici, hac ferè fotma sunt: trabes directæ perpetuæ in
» longitudinem, paribus interuallis distantes inter sebinos
» pedes, in solo collocantur: hæ reuinciuntur introrsus,
» & multo aggere vestiuntur. Ea autem, quæ diximus, in-
» terualla, grandibus in fronte saxis effarciuntur. His col-
» locatis & coagmentatis, alius insuper ordo adijcitur, vt
» idem illud interuallum seruetur, neque inter se contin-
» gant trabes, sed paribus intermissæ spatijs, singulæ singu-
» lis saxis interiectis arctè contineantur: sic deinceps omne
» opus contexitur, dum iusti muri altitudo expleatur: hoc

cùm

cùm in ſpeciem varietatemque opus deforme non eſt, « alternis trabibus ac ſaxis, quæ rectis lineis ſuos ordines « ſeruant: tum ad vtilitatem & defenſionem vrbium ſum- « mam habet oportunitatem: quod & ab incendio lapis,& « ab ariete materia defendit: quæ perpetuis trabibus pe- « des quadragenos plerunque introrſus reuincta, neque « perrumpi, neque diſtrahi poteſt. Sic forma Virgiliani « portus explicatur Aeneida. 1.

Eſt in ſeceſſu longo locus: inſula portum
Efficit obiectu laterum, quibus omnis ab alto
Frangitur, inq; ſinus ſcindit ſeſe vnda reductos.
Hinc atque hinc vaſtæ rupes geminiq; minantur
In cælum ſcopuli, quorum ſub vertice latè
Aequora tuta ſilent: tum ſiluis ſcena coruſcis
Deſuper, horrentiq; atrum nemus imminet vmbra:
Fronte ſub aduerſa ſcopulis pendentibus antrum.
Intus aquæ dulces, viuoq; ſedilia ſaxo,
Nympharum domus: hic feſſas non vincula naues
Vlla tenent: vnco non alligat ancora morſu.

SCHOLIA.

Sequuntur poſteriores duæ ſpecies cauſarũ, formæ & finis: quæ neglecto genere nudè ſaltem enumerantur. Atqui facillimum, puto, fuiſſet authori genus illarum cauſarum nominare & definire, ex eo quòd effecto ſint cõgenitæ. Vtraq; enim cauſa effectæ rei eſt inſita, & cum ipſa ſimul ingeneratur. De forma nihil tale dubitatur. De fine autem ſeorſim deinceps hoc videbimus. Et hoc poſito, liquido patebit conſectarium illud quod formæ definitioni ſubiicitur, formam cum re ipſa ingenerari: nimis ſpecialiter ab authore hoc in loco de ſola forma traditum eſſe, cum potius ceu vtriuſq; cauſarum ſpeciei commune quidpiam, ante formæ definitionem declarandum fuiſſet. Forma proinde generali tantum definitione explicatur abſq; vlla diſtributione. Veruntamen cum forma interior aut eſſentialis, ab externa qualibet alia ſiue exteriore ſpecie, omnibus modis diſtinguenda videatur: vellem illud diſcrimen quoq; in textu expreſſum fuiſſe. Quocirca præſentis capitis doctrinam hoc modo deſcribendam eſſe cenſeo.

Forma eſt cauſa, per quam res eſt, id quod eſt. Ideoque hinc

a

à cæteris rebus distinguitur. Forma alia interior est, alia exterior. Interior est substantialis rerum inuisibilis forma. Ex hac cuiuslibet rei præcipua explicatio desumitur. Quamuis ob mẽtis nostræ caliginem inuentu admodum difficilis & obscura sit, & quia cognitionis sensorumq; animi character est sermo: sæpè vix proprio suo nomine exprimi possit. Sic anima rationalis est forma hominis, quia per eam homo est, & à cæteris naturis distinguitur. Cœli forma est circularis in omnem perennitatem mobilitas: terræ autem firma stabilitas. Exterior forma est cuiuslibet rei exterior facies siue figura. Hæc facilius præsertim in rebus artificiosis occurrit, & nominari potest. Sicuti plerarumque rerum differentia ab adiunctis propriis, quæ idcirco formæ loco habentur, aliisque externis accidentibus desumitur. Talis est annuli, mensæ, scamni, cultelli forma. Talis est arboris, fruticis, herbæ forma, quæ ab externa facie describitur. Et huc exẽpla etiam reliqua in textu authoris posita referri possunt. Hanc enim formæ distributionẽ omnino necessariã esse iudico, quia vtraq; species in vsu disserendi frequentissima, & simul omniũ entium & non entiũ communis est. Ex hoc proinde argumento ferè omnia illa disputantur, quæ in sacris literis de natura Dei eiusque essentia commemorantur & explicantur. Intelligendum autem huius notionis siue argumenti longè perfectiorem cognitionem fuisse in Adamo, qui omnium rerum formas interiores habuit exploratissimas: Quãobrem etiam Deo ad eum adducente creaturas, ipse considerata cuiuslibet forma, omnibus propria sua nomina imponere potuit.

CAP. VIII.

De fine.

Finis, est causa cuius gratia res est. Physicis rebus finis homo propositus est: homini Deus. Omnium artium est aliquod summum bonum & finis extremus: vt Grammaticæ, bene loqui: Rhetoricæ, bene dicere: Logicæ, bene disserere. Iuno 1. Æneid. conubij finem assumit, cum Æolo Deiopeiam pollicetur, solatij scilicet prolisque gratia.

Sunt mihi bis septem præstanti corpore Nymphæ,

Quarum

Quarum (quæ formâ pulcherrima) Deiopeiam
Connubio iungam stabili, propriamq; dicabo,
Omnes vt tecum meritis pro talibus annos
Exigat & pulchra faciat te prole parentem.

In defensione Ligarij Cicero Tuberonem accusatorem vrget, cùm armorum contra Cæsarem susceptorum finem premit. Et certe (ait) contra ipsum Cæsarem est congressus armatus. Quid enim (Tubero) tuus ille districtus in acie Pharsalica gladius agebat? cuius latus ille mucro petebat? quis sensus erat armorum tuorum? quæ tua mens? oculi? manus? ardor animi? quid cupiebas? quid optabas?

SCHOLIA.

Finem simul cum formarei effectæ inesse dicimus, eo quod simulatque res aliqua formam suam acceperit, eo ipso quoque momento vsui sit idonea: qui vsus est ipse finis, qui nunc definitur. Vt finem omni effecto priorem cogitemus & intelligamus, cum alioquin causa effecti vitiosè appelletur. Nempe finis sine vsus, quia motu suo plurimum facit ad rem quampiam perficiendam, finiti causa est, ideoque ipso posterior etiam esse nequit. Sed prius verum: igitur & consequens. Et si posterior non est, sequitur eum rei effectæ simul cum forma ingenerari. Quis enim ante rem formatam eum esse contendet? Et hac insuper ratione cognoscitur verum ordinem causarum à P. Ramo fornatum esse. Neq; quidquam tibi Oleniæne necessum fuit, finem priore causarum loco ponere: quod, vt putasti, omnium primò moueret efficientem ad producendum effectum. Impulsio siquidem efficientis, quæ sit per cogitationem sine deliberationem de fine, est adiunctum quiddam, aut adiuncta animo eius speculatio, non ipse finis. Finis autem ab efficiente cogitatus est rei efficiendæ vsus vel vtilitas. Sed hoc idem in capite 3. Miror etiam hoc in loco animadversiones Piscatoris, qui finem nescio qua ratione distribuendum esse statuit in supremum & ordinatum sive inferiorem: deinde in universalem & specialem. Si enim posita distributio huius loci propria sit: cur non similem aliquam in alijs argumentorum generibus requisiuit? In omnibus siquidem aliquid supremum, & aliud ordinatum sive inferius intelligi potest. In omnium

causarum ordine aliquid prius est, aliquid posterius. In omnibus quoque aliquid vniuersale vel particulare. Sic Meteororum efficiens causa generalis dici potest Deus: specialis vero siue particularis, solis attractio, qua materia eorum sursum attrahitur. Ostendit insuper Piscator, atque tradit certas à fine argumentandi regulas. Sed de regulis eiusmodi iudicium syllogisticum concernentibus iam ante diximus.

CAP. IX.

De effectis

Effectum est, quod è causis extitit. siue igitur gignatur, siue corrumpatur, siue modo quolibet moueatur quidlibet, hic motus & res motu facta effectum dicitur. huius loci sunt laudes & vituperationes, quarum plenæ sunt libri sacri & profani. Aeneid. 6. facta variorum populorum comparantur ad nominis Romani laudem:

Excudent alii spirantia mollius æra:
Credo equidem, ducent viuos de marmore vultus,
Orabunt causas melius, cœliq; meatus
Describent radio, & surgentia sydera dicent.
Tu regere imperio populos Romane memento:
Hæ tibi erunt artes, paciq; imponere morem:
Parcere subiectis, & debellare superbos.

Huc dicta scriptáque referenda sunt. Pericles & Hortensius bene dicendi laude celebrantur: eodemque argumento Demosthenes & Cicero, etiam bene scribendi. Ad hunc locum referuntur consilia & deliberationes, etiamsi omnino ad exitum perductæ non fuerint. Parmenio & Philotas morte mulctati sunt, quia coniurationis in Alexandrum essent suspecti: vt Curtius & Arrianus meminerunt. De Lentulo & Cethego alijsque Catilinæ popularibus, Romani Senatus iudicio supplicium sumptum est. Sunt etiam effecta virtutũ & vitiorum. Horatius hoc modo ebrietatis effecta describit:

Quid non ebrietas designat? operta recludit,
Spes iubet esse ratas, in prælia trudit inermem,
Sollicitis animis onus eximit, ac docet artes.
Fœcundi calices quem non fecere disertum?

Contracta quem non in paupertate solutum?

SCHOLIA.

Effectum generaliter catholica definitione dicitur cuiuslibet causae opus, actione videlicet eius productum. Facilius enim est, quàm quod explicari necessum sit, ab authore non tantùm efficientis, sed cuiuslibet etiam alterius causae factum. Itaque nihil quod in definitione authoris desiderari possit deprehendo. Attamen scrupulosa hic Piscatoris proponitur animadversio: In posita definitione effecti pro particula è causis, legendum esse vi causarum. Sed quare hoc melius esset? Quódnam est huius lectionis argumentum? Quia, inquit, propriè loquendo è causa efficiente & finali effectum non est? An haec est impropria locutio, vbi proprijssimè etiam res significata, & satis absolutè intelligitur? Annon ex generali causarum definitione in omni quoque earum specie vis, siue motus & facultas aliqua consideranda venit? Quod igitur è causis esse dicitur, id satis significanter vi & motu earum existere docetur.

CAP. X.

De subiecto.

Argumentum modo quodam consentaneum succedit, vt, subiectum & adiunctum. Subiectum est, cui aliquid adiungitur. Anima, est subiectum scientiae, ignorantiae, virtutis, vitij: quia haec praeter essentiam accedunt. Corpus, sanitatis, morbi, roboris, infirmitatis, pulchritudinis, deformitatis: homo subiectum est diuitiarum, paupertatis, honoris, infamiae, vestitus, comitatus. Locus est subiectum rei locatae. Sic philosophi, diuinis entibus (licet parte & magnitudine carentibus) attribuunt locum. Sic Geometrae, locum locique differentias in rebus geometricis: sic Physici, multo etiam diligentius in rebus Physicis considerant: in mundo, in elementis simplicibus, in rebus compositis. Sic Vergilius in Georgicis, suum quemque propositis rebus locum deligendum admonet, vt segetibus, arbotibus, vitibus, pascuis:

At prius, ignotum ferro quàm scindimus aequor:
Ventos & varium caeli praedisce re morem
Cura sit, ac patrios cultusque habitusq; locorum:

Et quid quæq; ferat regio, & quid quæq; recuſet.
Hic ſegetes, illic veniunt faciliùs vuæ:
Arborei fœtus alibi, atq; iniuſſa vireſcunt
Gramina. ——

Senſilia, ſenſuum, & res virtutibus ac vitijs propoſitæ ſubiecta vitiorum & virtutum, hoc modo nominantur. Color, eſt ſubiectum viſus, ſonus, ſubiectum auditus: quia hi ſenſus in his ſenſilibus occupantur & exercentur. Virtutes & vitia declarantur in Ethicis hoc argumento: temperantia & intemperantia, voluptate, magnanimitas & ignauia, periculo, liberalitas & auaritia, diuitijs. Sic res numerabilis, Arithmeticæ, menſurabilis (vt ita dicam) Geometriæ ſubijcitur. Eiuſmodi ſubiecto Cic. 2. Agrar. diſputat, inter Campanos nullam contentionem eſſe, quia nullus ſit honor. Non gloriæ cupiditate (ait) efferebantur, propterea quod vbi honos publicè non eſt, ibi cupiditas gloriæ eſſe non poteſt: non contentione nec ambitione diſcordes: nihil enim ſupererat, de quo certarent, nihil quod contra peterent, nihil vbi diſſiderent. Eodem argumento à Propertio dictum eſt:

Nauita de ventis, de tauris narrat arator:
Enumerat miles vulnera, paſtor oues.

SCHOLIA.

Argumentum modo quodam conſentaneum nominatur potius quam definitur, quod leuiorem conſenſionem, quàm in præcedenti genere fuerit, in ſeſe continet. Vbi alterum ſine altero eſſe poſſit, ſecus quàm in cauſarum & effectorum argumento: vbi alterum, eſt alterius eſſentiæ cauſa. Sed ſufficienter hoc modo ſubiectorum & adiunctorum conſenſionem diſtinguì ab antecedente cauſarum & effectorum, equidem ſanè haud facile dixerim. In hoc enim genere ſi affectiones conſideres, alterum non magis poteſt eſſe abſque altero, quam in cauſſis & effectis. Natura enim cuiuſlibet ſubiecti tota dependet ex adiunctis, & viciſſim.

Nunquam poterit vllum ſubiectum eſſe ſine aliquo adiuncto. Vt igitur cauſæ & effecta conſentiunt: ita quoque ſubiectum & adiunctum æquè firmiter inter ſe cognata ſunt. Res ipſas ve-

ro, si sigillatim sumere velis, id quidem esse concesserò: sed hic tamen non magis quàm in absolutè consentaneis. Homo quidem potest esse absque scientia. Et sic homo, qui nauta dicitur, esse potest, vt maximè non nauiget. Quid si dicerem rerum considerationem esse extra logicam? Reliqua etiam in hoc capite si diligentius examinanda sint, Oleuianus interpres minus prudenter modo quodam consentaneum distinguit in primum, & à primo ortum, illius generis species proponens, subiectum & adiunctum: huius verò descriptionem & distributionem è subiectis & adiunctis. Hæc enim distributio eam ob causam, locum habere nequit, quòd descriptionis & distributionis, quæ ex modoquodam consentaneis desumitur, idem sit genus, quod cuiuslibet etiam alterius est è quocunque genere descriptæ eodemq; ordine & loco explicandum. In doctrina deinceps subiecti ex analysi additorum exemplorum satis euidenter colligitur, diuersam quandam subiectorum esse rationem, quæ tamen in ipsa definitione non satis explicatur. In prioribus exemplis duobus subiecta declarantur aut proponuntur, in quibus & in quorum essentia etiam adiuncta insunt: in reliquis vsque ad illud exemplum, Sensilia Sensuum, subiecta obseruantur, quorum talis est tantum subiiciendi ratio, vt adiuncta ijs extrinsecus magis adsint, vel adhæreant ijs.

In posterioribus exemplis, quæ proponuntur, illa hoc modo subiiciuntur, vt solummodò occupent sua adiuncta. Quæ diuersitas cum minus à Tironibus intelligi possit ex solo textu: placet eorum opinio, qui distinctionem quandam subiecti hic requirunt. Commodè enim distribui videtur in propinquum & magis remotum. Propinquū, quod proximè & in sese quasi essentialiter adiuncta continet. Remotum vel comprehendens erit, aut circum se continens, vel occupans. Cõprehendens, cui adhærent adiuncta: vt homo subiectum est diuitiarum, paupertatis &c. Occupans, in quo occupantur solum adiuncta. Piscatoris etiam distributio incipiens & occupans approbari posset, nisi occupans etiam recipientis nomine appellari, ideoq; obscuritatem parere videretur. Quartū etiam genus subiecti Beurhusius enumerat siue quartum modū, cui peculiariter subiicit exemplū authoris in ord ne quartū, nempe locum esse subiectum rei locatæ, & reliqua exempla de loco. Sed hoc exemplum rectissimè primo genere subiici potest,

quia res locatæ vniuersæ ita suo loco adiunguntur, vt in loco s[illegible] aut hæreant, & ei inesse vsitata loquendi ratione dicantur. [illegible] deoque etiam exemplum illud de loco rectius præponeretur a[illegible] tecedenti, vbi homo dicitur subiectum diuitiarum, paupe[illegible] tatis.

adiunctum triplex est { Inhærens / Circumstans / Occupatum

CAP. XI.

De adiuncto.

Adiunctum est, cui aliquid subijcitur. Quod argumen[illegible] tum etsi subiecto est leuius, attamen est copiosius & fre[illegible] quentius. Itaque quod de eiusmodi signis ait Ouid. 2. d[illegible] Remedio:

Forsitan hæc aliquis (nam sunt quoque) parua vocabit:
Sed quæ non prosunt singula, multa iuuant.

Animi coporisque & totius hominis bona & mala (qu[illegible] dicuntur) adiuncta sunt animi, corporis, hominis: den[illegible] que quicquid vlli subiecto extrinsecus accidit adiunctu[illegible] eius est. Vt autem locus est in subiectis, sic tempus e[illegible] in adiunctis: durario nempe rerum, præterita, præsen[illegible] futura: omninoque qualitates subiectis præter causas ad[illegible] iunctæ: siue propriæ sint, quæ omni solique subiecto sem[illegible] per conueniunt: vt homini risus, equo hinnitus, cani la[illegible] tratus: siue communes, quæcunque non sunt eo mod[illegible] propriæ. Hoc genere argumenti Fannium Chærea[illegible] ,, Cicero pro Roscio Comœdo cauillatur: Nónne ipsum ca[illegible] ,, put & supercilia illa penitus abrasa, olere malitiam & cla[illegible] ,, mitare calliditaté videntur? Nónne ab imis vnguibus vsqu[illegible] ,, ad verticé summũ (si quam coniecturam affert homini ta[illegible] ,, cita corporis figura) ex fraude, fallacijs, mendacijs con[illegible] ,, stare totus videtur? qui idcirco capité & supercilijs sempe[illegible] ,, est rasis, ne pilum vllum viri boni habere dicatur. Sic Ma[illegible] tialis 2. lib. Zoilum ludit:

Crine ruber, niger ore, breuis pede, lumine luscus:
Rem magnam præstas, Zoile, si bonus es.

Sic vestitus & comitatus, res adiunctæ sunt: quo circũ[illegible] stantiæ genere Dido venatum proficiscens, magnificè [illegible] Æneid depingitur:

Oceanum interea surgens aurora reliquit.

It port[illegible]

It portis iubare exorto delecta iuuentus:
Retia rara, plagæ, lato venabula ferro:
Massylique ruunt equites, & odora canum vis:
Reginam thalamo cunctantem, ad limina primi
Pœnorum exspectant: ostroq; insignis & auro
Stat sonipes, ac fræna ferox spumantia mandit.
Tandem progreditur magna stipante caterua,
Sidoniam picto chlamydem circundata limbo:
Cui pharetra ex humero, crines nodantur in aurum,
Aurea purpuream subnectit fibula vestem.

Est vero adiunctorum ad subiecta quibus occupantur, vsus item magnus. Hoc argumento Plato miseras ciuitates auguratur, quæ medicorum & iudicum multitudine indigeant: quia multam quoque & intempestiuitiam & iniustitiam in ea ciuitate versari necesse est.

Sed consentaneorum categoria sic est: vnde quidquid alteri consentaneum, vel idem vel vnum dici possit: omnesq; quodi vnitatis, &(vt ita dicam)identitatis, huc sunt tanquã ad primos & simplices fontes referendi.

SCHOLIA.

Ramus in coniectario definitionis adiunctorum argumentum subiecto leuius esse minus generaliter & contra legem κατα παν *proposuisse videtur: non enim omnibus adiunctis communiter competit. Propria siquidem adiuncta semper arguunt suum subiectum, & æquè firmiter atque vllum subiectum arguere possit sua adiuncta, vt vtrobique in vtraque specie æqualis sit arguendi ratio. Exempla, quæ huic argumento subijciuntur, diuersa sunt, & diuersam quandam adiunctorum rationem ostendere videntur. Itaque in hoc etiam capite non incommodum videtur illustriorem adiunctorum explicationem proponere: præsertim vero quia author ipse non satis distinxit inter adiuncta propria & communia, quorum tamen distinctio necessaria omnino est in quotidiano disserendi vsu Theologorum in primis, quorum celeberrimæ disputationes hodierno seculo sunt de proprietatibus essentialibus, vt ipsi vocant adiuncta propria, in disputationibus de Christi præcipué naturis, aliisque rebus pluribus. Non satis etiam distinctè adiunctorum diuersa genera explicasse videtur.*

Placet igitur sequenti ordine doctrinam adiunctorum enarrare. Adiunctum est, quod subiecto præter essentiam adiungitur. Adiunctum autem eiusmodi vel commune est vel proprium. Commune adiunctum est, quod pluribus pariter subiectis adiungitur: ideoque probabiliter arguit, eiusmodi adiuncta sunt omnes qualitates rerum, quæ communes nominantur. Vt hominis adiuncta sunt, edere, bibere, dormire, quiescere & alia eiusmodi. de quibus adiunctis signis Ouidius ait:

Forsitan hæc aliquis (nam sunt quoque) parua vocabit:
Sed quæ non prosint singula, multa iuuant.

Hoc argumento Cicero pro Roscio Comœdo Fannium Chæream cauillatur. Proprium adiunctum est, quod soli subiecto suo conuenit: hoc necessario semper arguit suum subiectum, vtpote cui essentialiter & re ipsa insit soli. Quo sensu etiam essentialis proprietas appellatur, quod posito subiecto eiusue essentia, necessariò quoque ponendum sit proprium eius adiunctum. Sic spiritualis naturæ adiunctum inuisibilem esse, impalpabilem & nunquam tractabilem: corporis è contrà aut naturæ cuiuslibet corporatæ proprietas est, aspectabilem simul & tractabilem esse: vt quodcunque vnquam corpus ponatur videri & tangi possit, & incerto ac definito tantum loco sit. Ad hoc etiam genus adiunctorum proprius cuiuslibet rei finis siue vsus referri potest: vtpote adiuncta rei cuiuslibet subiectæ vtilitas aut commoditas coniuncta quælibet, qua subiectum aliquod arguere placet. Vtrunque adiunctum vel internum est, vel externum. Internum, quod subiecti essentiæ intrinsecus inhæret: vt animi corporisque & hominis totius bona, malaque adiuncta sunt animi, corporis, hominis. Externum adiunctum est, quod subiecto extrinsecus magis adhæret. Et hoc vel circumstans est, vel occupatum. Circumstans, quod vulgo circumstantiarum nomine proponitur: adiunctum est, quod subiectum suum circundat, vt vestitus, & comitatus adiuncta sunt.

Occupatum adiunctum est, quod à subiecto suo occupatur, & in eo exercetur. Quo modo omnes artifices adiuncta sunt subiectorum, quæ sibi in sua arte tractanda & exercenda sumunt. Medici & iudices adiuncta sunt ciuitatis miseræ, quia versantur in profligandis aut curandis ciuitatis miseriis: sicuti Plato miseras ciuitates arguit, quæ medicorum & iudicum multi-

multitudine indigeant: miseriam intelligens intemperantiæ & iniustitiæ, quam in ijs ciuitatibus esse necessium sit. In hoc enim capite rectè illa distinctio præponitur, qua adiunctum diuiditur in commune & proprium, quoniam hæc affectiones quasi continet communes vtrinq; adiunctorum speciei, videlicet interni & externi adiuncti. omnia enim adiuncta vel interna, vel externa sunt, eáque singula siue circumstent sua subiecta, siue ab ijs occupentur: vel propria esse possunt, vel communia.

Sic diadema regulare adiunctum est imperatoris, circumstãs & proprium quidem: Vestitus & habitus alius adiunctum est eius, aliorum quoque principum commune, &c. Principaliorem itaque distributionem priore quoque loco explicare necessum sit.

CAP. XII.

De Diuersis.

Argumentum primum consentaneum, expositum est Dissentaneum sequitur, quod à re dissentit. Sunt autẽ dissentanea inter se æquè manifesta, alterúmque ab altero æqualiter arguitur: tametsi sua dissentione clariùs eluceſcant. Dissentanea, sunt diuersa vel opposita. Diuersa, sunt dissentanea, quæ sola ratione dissentiunt. Quo de genere sunt illa frequentissima: non hoc, sed illud: Quanquam, Tamen pro Pompeio, Non victoriam, sed insignia victoriæ reportarunt. Ouid. 2. de Arte, definitione. sine natura...

Non formosus erat, sed erat facundus Vlysses.

Virgil 2. Aneid. *Hîc priamus quamquam in media iam mortet enetur,*
Non tamen abstinuit. ——

Paulo secus in Eunucho:

Nam si ego digna hæc contumelia
Sum maxime, at tu indignus, qui faceres tamen.

Item illa alius modi. Pro. Lig. Scelus tu illud vocas, Tubero? cur? isto enim nomine illa adhuc causſa caruit. Alij enim errorem appellant, alij timorem: qui durius spem, cupiditatem, odium, pertinaciam: qui grauissimè, temeritatem, scelus, præter te adhuc nemo.

SCHOLIA.

Non dubium est, quin autor generaliter in initio huius capitis omnium dissentaneorum communes affectiones docuerit. Atqui non videtur hîc seorsim proprium aliquid & à reliquis argumentorum generibus distinctum proponi. Prior enim affectio, quæ dicitur Par & æqualis perspicuitas, quod omnia dissentanea æquè manifesta sint & pariter intelligi possint, si ritè consideretur: omnia certe reliqua etiam genera, æqualiter inter se manifesta fiunt, vt si alterum eorum perspiciatur: vt non prius caussam vel effectum, quam dissentaneorum species cognoscere possis. Secunda etiam affectio, quæ ponitur, nempe æqualis arguendi vicissitudo, si ritè examinetur, dissentaneorum propria neutiquam fuerit. Omnia siquidem reliqua arguendi sese mutuo, reciprocationem aut æqualitatem communem habent, vt & ante intellectum fuit. Satis igitur obseruatur, vt maximè hæ duæ affectiones dissentaneorum quidem communes sint: eas tamen hoc in loco specialiter docendas non esse, prohibente lege tertia καθ' ὅλου πρῶτον. Nec tertia, quæ subijcitur admonitio videtur proprium aliquid continere. Dissentanea siquidem, si iuxta sese ponantur, aut simul alterum eorum cum altero proponatur ant explicetur, dissensio eorum clarior esse potest. Atqui non satis perspicuum esse potest, quomodo hoc in diuersorum genere fiat, vt in exemplo illo Virgilij de Priamo: etsi nouerit aliquis Priamum in media morti teneri, is tamen non protinus etiam exploratum habere potest, eundem Priamum à conuitijs Pyrrhi non abstinere.

CAP. XIII.

De Disparatis.

+ idest. subiecto eodem respectu. secundum eandem partem.

Opposita, sunt dissentanea, quæ ratione & re dissentiunt: itáque eidem attribui, secundum idem, & ad idem, & eodem tempore non possunt. Sic Socrates, albus & ater non potest eadem parte esse: pater & filius eiusdem: sanus & æger eodem tépore. At albus esse potest alia parte, & ater alia: pater huius, filius illius: sanus hodie, cras æger. Itaque ex altero affirmato alterũ negatur. Opposita, sunt disparata aut contraria: disparata, sunt opposita, quorum vnum multis pariter opponitur, vt viride, cineratium, rubrum media sunt inter album & nigrum, quæ singula extremis

t inter se disparata sunt. Sic liberalitas & auaritia inter se disparantur. Sic homo, arbor, lapis, & eiusmodi res infiuitæ, disparantur: nec eadem res potest esse homo, arbor, lapis: Virgil. 1. Aneid. hoc argumento disputat.

O quam te memorem virgo? namq; haud tibi vultus
Mortalis: nec vox hominem sonat: ô dea certe?

SCHOLIA.

Alterum consectarium oppositorum, vbi dicitur altero affirmato, alterũ negari, hisce verbis legi mallẽ: Ex vno affirmato alterum quodlibet negatur: & vicissim vno negato, alterũ quodlibet affirmari potest. Id enim in disparatis suppositis facile intelligitur, vno eorum negato aliud quodlibet poni posse, vt si dicam: Homo non est, Ergo vel arbor vel lapis, vel eiusmodi res alia.

Liberalitas, inquit autor, & auaritia inter se disparantur. Vbi haud incommodè addi posset, Prodigalitas. Secus enim textus videbitur obscurior ob duo tantùm disparata, quæ ponuntur. Quo errore deceptus Piscator, exemplum hoc autoris contrariorum potius esse animaduertit, quàm disparatorum: vbi vnũ non vni tantum alteri, sed multis simul opponitur.

CAP. XIIII.
De Relatis.

Contraria, sunt opposita, quorum vnum vni tantum opponitur: suntque affirmantia, aut negantia. Affirmantia, quorum vtrumq; affirmat, vt relata & aduersa. Relata, sunt contraria affirmantia, quorũ alterum constat è mutua alterius affectione: atque inde nominata sunt relata: vt pater qui filium habet, & filius qui patrem habet: & ob hanc mutuam relationis causſam, relata dicuntur simul esse natura, vt qui alterum perfectè norit, norit & reliquum. Pro Marc. Ex quo profecto intelligis, quanta in dato beneficio sit laus, cum in accepto tanta sit gloria. Martialis in Sofibianum lib. 1.

Tum seruum scis te genitum, bladeq; fateris,
Cum dicis dominum, Sosibiane, patrem.

Sic apud Quintilianum lib. 5. cap. 10. Si portoriũ Rhodijs locare honestum est, & Hermacreonti conducere.

» Quomodo & in Oratore probat Tullius, Num igitur est
» periculum (ait) ne quis putet in magna arte & gloriosa
» turpe esse docere alios id, quod ipsi fuerit honestum disce-
» re? Studium vero quoddam suum Cicero è relatis illis in
» Oratore prodidit Iam illa (inquit) matura: vxor generi,
» nouerca filij, filiæ pellex. Quod idem in ferreæ ætatis descriptione Ouidius apertius affectauit 1. Metamorph.

——*Non hospes ab hospite tutus.*
Non socer à genero: fratrum quoque gratia rara est.
Imminet exitio vir, coniugis: illa, mariti:
Lurida terribiles miscent aconita nouercæ:
Filius ante diem patrios inquirit in annos.

Atqui argumentum talis relationis contrarium nihil habet, imo arguit mutuas causas: vt sum tuus pater, tu es igitur meus filius: at cum dico, Sum tuus pater: non igitur sum tuus filius, tum contraria verè sunt.

SCHOLIA.

Relatorũ doctrina rectè considerata hoc in loco secũdum præscriptum legis καθ' αὑτὸ & καθ'ὅλα ἀριστον, videtur impropria, affectio enim mutua, cuius nomine definiuntur relata, nihil aliud est, quàm germana quædam cognatio & consensio, qua ita deuinciuntur & ita consentiunt, vt alterum non sit, nisi alterius respectu, aut vnquam intelligi aut commodè etiam explicari possit absque altero: qualis affectionis aut consentionis vicissitudo in secundo capite vnicuiq; generi argumentorum inest, vnde generaliter etiam eo tantum in loco rectè explicata fuit. Neq; quicquã in hoc capite de Relatis specialius additur: definiuntur siquidem communiter solummodo, quæ reciprocè & mutua vicissitudine cognata sunt, & naturali quadam siue arctissima coniũctione sese complectuntur. Vnde mirum videri possit, siue generaliter citato in loco, siue specialiter in præsenti capite considerentur: qua ratione definiantur & nominentur contraria apposita, cum nihil contrarietatis his ipsis insit: illa enim de qua dictum fuit, arcta vicissitudo & cognatio omninò facit, vt consentaneis rectius subijciantur. Illa siquidem consideratio, quòd eã solummodo ob causam contraria nominentur, quatenus alterum eorum non simul posset esse alterum, in cæteris etiam consentaneis omnibus locum habere potest. Etenim nulla res simul causa &

& effectum eiusdē rei eodem tēpore esse aut dici potest. Et hac ratione efficeretur, illa quoq; contraria, aut contrariorum generi subijcienda esse: id quod plane absurdū foret. Autor metipse, quod dixi, in fine capitis apertè ostendit, maximam esse Relatorū cognationē, cum tantā eis tribuat, quanta est inter causas & effecta quorum videlicet maxima est consentio & essentialis cōiunctio, imo etiam causæ essentialem originem effectis suis præbent. Vltima autem clausula, quæ additur, non satis valido argumento cōfirmatur, cum hac negatione aut negandi particula, omnia reliqua etiam consentanea causæ & effecta argui possint.

CAP. XV.

De Aduersis.

Aduersa, sunt contraria affirmantia, quæ inter se velut è regione perpetuo aduersantur. Aeneid. 11.

Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes.

Sic Deus & Mammon, vel Satanas & Beelzebub: Angelus siue spiritus bonus, & angelus siue spiritus malus: iustitia legis & iustitia fidei, Spiritus & caro: Benedictio & maledictio: fides & incredulitas: Electio & reprobatio: sic albor & nigror: calidum & frigidum, virtus & vitium opponuntur. Parad. 1. contra Epicureos: illud tamen arctè tenent, accuratéque defendunt, voluptatem esse summū bonum: quæ quidem mihi vox pecudum videtur, non hominum. Tu cùm tibi siue Deus, siue mater (vt ita dicam) rerum omnium, natura, dederit animum, quo nihil est præstantius, neque diuinius, sic te ipse abijcies ac prosternes, vt nihil inter te atque inter quadrupedem interesse putes? Pecudem & hominem aduersa Cicero opposuit: voluptas, pecudis bonum est: non igitur hominis. Sic libertas & seruitus, apud Tibullum 2. lib.

Sic mihi seruitium video, dominámque paratam,
Tu mihi libertas illa paterna vale.

Pro Marc. Nunquam enim temeritas cum sapientia commiscetur, nec ad consilium casus admittitur.

SCHOLIA.

Oppositio aduersorum infestissima est, dissentióq; omnium maxima: tanta videlicet, vt alterum eorum ab altero naturali quasi

odio ab[illegible], & diametraliter dissideat, sicuti autor in definitione rectè & satis perfectè interpretatur. quo sensu etiam vnica hæc sola oppositorum species contrariorũ nomine appellatur. Nec quicquam hic desideratur nisi quòd particula Perpetuò reddendans definitionem quodammodo obscurare videatur. Ex generalenim oppositorum definitione notum esse autori potuisset, illa in eodem subiecto nunquam simul subsistere, hoc est, perpetuò in illo ipso dissidere & aduersari: ideoq; illam communionem solis aduersis specialiter tribuere neutiquam debuisset. Verba igitur positæ definitionis perfectè legi poterunt absque ista particula, vtpote quę nihil faciat ad spectialem aliquam aduersorum proprietatem explicandum: Oleuianus interpres autorem in hac definitione obscuritatis arguit, eamq; corrigere & plenius illustrare studet: siue, inquiens, quæ plurimum à se inuicem sub eodem genere distant. Interpretatio autem eiusmodi verbotum autoris, obscuratio potius quàm explicatio videri potest. Quomodocunque enim generis vocabulum interpreteris, disparata certè & aliæ oppositorum quæq; species his verbis definiri possunt: vt in disparatis, albedo, flauedo: in genere coloris dissident, nec tamen aduersa sunt. Et vt breuiter dicam, neq; materia neque forma vllaaduersorum in illa descriptione Oleniani traditur. Imperitiores autem longè sunt alij, presertim Pseudo-Aristotelei, qui aduersa definiunt, esse tantum qualitates inter se oppositas, quarum vna pellat alteram: fundamentorum logicæ suæ Philosophiæ planè obliti. An hoc enim est nouisse subiectam logicæ præceptorũ materiam esse entium, & non entium communem? An hoc est respicere generalem à se prius traditam definitionem locorum, vbi locos vt vocant, verum vniuersos & singulos, rebus etiam vniuersis explicandis accommodatos esse docent? Et nihilominus è contrariorum siue aduersorum ordine substantiæ, & hoc nomine res omnes naturales, item quantitates, &c. excludere velle? Quamobrem quæso docuisti, quæ formis suis differant, ea omnium maximè & verissimè inter se aduersari: si illud in distinguendis substantijs & rebus naturalibus non sit obseruandum: attendite melius, & videbitis definitionis vestræ clausulam priorem nimium esse specialem, posteriorem verò nimis generalem: posteriorem dico, vbi docetur mutuò sese pellentes tantum, atque negantes qualitates esse aduersas, cùm alterum pellere alterum oppositorum

rum omnium, potius commune sit. Sed finem facerem, nisi alij insuper doctrinam quoque huius capitis prorsus imperfectam esse viderentur innuere. Piscator item, Olenianus & alij pleniorem aduersorum distributionē ab autore requirunt, vt quæ distinguēda sint in mediata & immediata. Mediata illi definiunt contraria, quæ aliquod habeant intermedium, vt non necessum sit alterutrum eorum subiecto ineſſe, quia medium quoque illi quodlibet ineſſe possit. Immediata verò, quæ medio prorsus carēt, vt alterū eorū subiecto ineſſe necessum sit: vt sunt sanitas & ægritudo. Plausibilis quidem hæc distributio: sed cur quæso non quærerem ex Piscatore, qua ratione retinuerit & approbârit definitionem contrariorum, si non omnibus eorum speciebus conueniens est? Si omnium contrariorum hæc natura est, vt vnum vni tantum alteri opponatur, sicut traditum fuit in generali eorum definitione, quæ tota generis loco ad hanc quoque speciem restringenda est. In Ramum animaduertens Piscator, non animaduertisti ipse opposita, quorum vnum pluribus alijs, quàm vni repugnaret in præcedente doctrina, propriè vocari & esse disparata: ô ergò labilem admodū tuam memoriam, cui vel proximè lecta excidit pagina. Equidem sanè immediata tantum quæ dicis, opinor esse aduersa: reliqua verò mediata, qualiacunque illi sint, opposita, esse disparata statuo: nec vllam eorum distributionem ab autore addendam fuisse: secus enim vtriusque speciei & disparatorum & aduersorum definitio quoque corrueret.

CAP. XVI.

De Contradicentibus.

Contraria negantia sunt, quorum alterum ait, alterum negat idem: eáque, sunt contradicentia, aut priuantia. Contradicentia, sunt contraria negantia, quorum alterum negat vbique: vt iustus, non iustus; animal, non animal; est, non est; sunt contradicentia. Sic in defensione Murænæ, contradicitur sententijs Catonis & Ciceronis; illius, Stoici; huius, Academici. Dialogus est his verbis: Nihil ignoueris, imò aliquid, non omnia. Nihil gratiæ causa ceceris. imò ne resistito gratiæ, cùm officium & fides postulabit. Misericordia commotus ne sis. etiam, in dissol-

„ uenda ſeueritate: ſed tamen eſt aliqua laus humanitatis
„ In ſententia permaneto. enimuero, niſi ſententia alia ui-
„ cerit melior. Martialis lib. 1.

Bella es, nouimus: & puella, verum eſt:
Et dives, quis enim poteſt negare?
Sed dum te nimium (Fabulla) laudas,
Nec dives, neque bella, nec puella es.

Cicero 1. Tuſc. cogit hoc argumento Atticum Epicureum fateri mortuos miſeros non eſſe, ſi omnino nulli ſint,
„ vt Epicurei credebant. Iam mallem (ait) Cerberum me-
„ tueres, quàm iſta tam inconſideratè diceres. ATTICVS
„ Quid tandem? MARCVS. Quem eſſe negas, eundem eſſe
„ dicis: vbi eſt acumen tuum? cùm enim miſerum eſſe di-
„ cis, tum eum qui non ſit, eſſe dicis. Tum poſt longam di-
„ ſputationem Atticus ait, Age, iam concedo, non eſſe miſe-
„ ros qui mortui ſunt: quoniam extorſiſti, vt faterer, qui om-
„ nino non eſſent, eos ne miſeros quidem eſſe. Sic Terentianus Phædria Dori Eunuchi dictum eleuat, quòd affirmaſſet priùs, quæ pòſt inficiaretur:

Modò ait, modò negat.

SCHOLIA.

Alterum deinceps genus contrariorum proponitur, cuius videlicet ſpecierum communia ſit ipſa negatio. Hoc autem genus verum rectè à Ramo nominetur, ſi non è capite ſuperiore decimoquarto ſatis obſeruatum ſit, nunc plenius è ſubiectis exemplis petere poteſt. Exempla ſiquidem, in quibus horum præceptorum vſus conſiſtit, euidenter oſtendunt, nullam hic negationem magis elucere, aut ſymbolice etiam exprimi, quàm in affirmantibus. Vita & mors, item diuitiæ, paupertas, quæ priuatiuè contraria dicuntur: negantium generi ab autore ſubiiciuntur, nec tamen in his quidpiam magis negatur aut vlla negatio ineſt quàm ſi in affirmantibus aduerſis dicatur virtus, vitium, albor, nigror. Vtrobique eadem eſt affirmandi & negandi ratio. Vt enim mors dicitur negatio vitæ, ſimiliter etiam omnino vitium eſt negatio virtutis, & nigror alboris. Quamobrem non video cur contradicentia & priuantia à Ramo potius negantia dicantur quàm relata & aduerſa. In quibus vniuerſis altero poſito ſeu affirmato, alterum negatur: aliàs enim oppoſita non forent, &

præce-

præcepta non aliter describenda, quàm vsus exemplorum ferat. Contradicentium porrò argumentum, quòd à Ramo hîc describitur, & subiectis exemplis illustratur, non sine causa hoc loco examinandum fuerit. Definiuntur contradicentia, vbi affirmatum aliquod è contrario negamus, aut quomodocunque positum tollimus in omni subiecto: vt contradictionis argumentum nihil sit aliud, præter affirmationem & negationem eiusdem de eodem. Cuius vsus præcipuè est, si ab alijs dissentientes quacunque ratione ijs contradicere velimus. Maxima sanè vtilitas est contradictionis. Sed dubitauerit aliquis, verum ex hoc tantum loco contradictionis inuentio desumatur, an verò ex alijs pluribus argumentis. Dubitari etiam potest, an rectè inuentionis particula ponatur contradictio: præsertim cùm nulli rei siue rationi contradicere queamus, nisi axiomatica dispositione indicatæ. Certè si hanc quæstionem rectè attendamus, impropriè hoc loco de contradicentium inuentione præcipitur, quandoquidem illa ex omni argumentorum genere erui possint, causis nimirum alias causas, effectis effecta, & sic deinceps contradicendo opponimus, eámque ob causam certum aliquod & proprium genus contradicentium describere velle, absurdum erit. Nec vllus est simplex aut singularis contradicentia inueniendi modus, qui absque axiomatica dispositione considerari aut explicari valeat: sicut etiam ipsemet autor axiomaticam eiusmodi contradictionem solummodo in hoc capite definiit. Si vero propria quædam & peculiaris inuentionis esset contradictio, eam quoque seorsum definiri necessum fuisset, & non ex consequentibus siue posterioribus axiomatici iudicij præceptis, vbi affirmatio & negatio primum inter alias axiomatum affectiones definiuntur. itaque per eam simplex inuentionis contradictio definiri nequit. Quamobrem facilè apparet, totius capitis huius doctrinam omitti potuisse. Exempla enim in textu posita, omnia sunt axiomatica contradictionis: si verò extra dispositionem ea considerare quis velit, symbolica solummodo, adeoq; verbalis eorum negatio obseruabitur, qua nihil vnquam argui potest. Ciceronis verò exemplum, quod sub finem capitis additur, exemplum potius est argumenti subiectorũ & adiunctorum. Atticus enim mortuos miseros esse contendit hoc modo: Mortui qui nulli sunt, miseri sunt, vbi disponuntur subiectũ est adiunctum: Cicero autem ei contra-

dicturus, eorundem argumentorum genere rectius vtitur. Sublato nimirum subiecto, adiunctum quoque eius tollendum esse docens: miseria enim, vtpote adiunctum mortuorum, poni non potest, si & ipsi ceu subiectum miseriæ non simul ponantur.

CAP. XVII.

De Priuantibus.

Priuantia, sunt contraria negantia, quorum alterum negat in eo tantùm subiecto, in quo affirmatum suapte natura inest. Atque hic affirmatum dicitur, habitus: negatum autem, priuatio. Sic motus & quies, sic ebrius & sobrius. Martial. libro tertio:

Ebrius es, nec enim faceres hæc sobrius vnquam.

" Sic cæcum esse & videre. Pro Cælio, Existat igitur ex
" hac familia aliquis, ac potissimum cæcus ille. minimum
" enim dolorem capiet, qui istam non videbit. Sic pauper &
diues opponuntur apud Martialem lib. 5.

Semper eris pauper, si pauper es, Aemiliane:
Dantur opes nullis nunc, nisi diuitibus.

" Talia sunt mors & vita in Miloniana: Huius mortis se-
" detis vltores, cuius vitam si putetis per vos restitui posse,
" nolitis? Item tacere & loqui. 1. Catil. Quid expectas au-
" toritatem loquentium, quorum voluntatem tacitorum
" perspicis? Pro Marc. Doleo cùm resp. immortalis esse de-
beat, eam in vnius mortalis anima consistere. Sed dissentaneorum categoria sic est, vnde quiduis ab altero differre quolibet modo possit.

SCHOLIA.

Proponitur in hoc capite altera species contrariorum negantium: Cuius negatio restringitur ad certum quoddam verum arguendarum genus, & quidem ad subiectũ solummodo entium naturale. Definiuntur siquidem contraria, quorum alterius quod prius positum est, negatio fiat in eiusmodi subiecto aliquo, cui sua natura illud ipsum insit. Sed hanc definitionem, eiq; subiecta exempla plenius examinanti, duo animaduertẽda veniunt. Primò vtrum rectè tribuantur priuantia subiecto solum naturali, sicuti definitio sonat. Deinde etiam vt maximè benè definiantur,

vtrum

vtrum proprium & ab alijs distinctum argumentum constituant, an verò alijs contrarijs subijci possint. Prius illud facilius est, quàm vt copiosius explicari necessum sit. Nullum enim argumentum inuentionis logicæ his vel illis siue naturalibus siue alijs rebus specialiter accommodari debet, ne subiectum Logicæ mutilatè explicetur. Hoc enim idem videtur, vt si quis docere vellet, adiuncta rerum naturalium aut eitam nomina ijs ipsis dumtaxat, & non alijs pariter Logicæ attribui, easq; arguere posse. Priuantia igitur, quæ secundum autorem nostrum non arguunt simul entia & non entia. Logica argument non sunt: ideoq; minus benè hoc in loco descripta videntur. Alterum, quod in hoc capite obseruandum venit, est de exemplis: nempe de ijs dubitari non potest, quin omnia sint verissimè contraria. Quocirca quæsierit aliquis, ad quam classem eorum priuantia referri oporteant. Intelligendum itaque, cum nec relata nec contradicentia sint, vt res ipsa ostendit, solis aduersis ea subijci posse, vt ex ipsa aduersorum definitione, quæ omnibus conuenit priuantibus, colligere licet. Cuicunque enim conuenit, definitio alterius, ei definitum quoque eiusdem omnino conuenit: Priuantibus conuenit definitio aduersorum: Itaque & illa omnibus modis rectissimè Aduersa nominabuntur. Et sic tandem obseruatur, è numero contrariorũ argumentorũ tantummodo aduersa in Logicis retineri posse.

CAP. XVIII.

De Paribus.

Argumenta simplicia ita fuerunt, in consentaneis & dissentaneis. Comparata sunt, quæ inter se comparantur. quæ tametsi ipsa comparationis naturâ æquè nota sint, attamen alterum altero alicui notius & illustrius esse potest: sæpéque notis breuiùs indicantur, aliquando partibus pleniùs distinguuntur; quæ propositio, redditióque nominantur, atque omnino comparata etiam ficta arguunt fidemque faciunt. Comparatio, est in quantitate vel qualitate: Quantitas, qua res comparatæ quantæ dicuntur. Estque parium vel imparium. Paria sunt, quorum est vna quantitas. Argumentum igitur paris est, cùm par explicatur à pari; eiusque notæ sunt par, æquale, idem quod.

tam quàm, tanto quanto, totquot, & non magis, non minus, Virgil. Æneid 2.

——— *Par leuibus ventis.*

Æn.3. *Et nunc æquali tecum pubesceret æuo.*

Æn.6. *En huius nate auspicijs, illa inclyta Romæ*
Imperium terris, animos æquabit olympo.

Propositio deinde redditióque distinguuntur. 4. Cat. » Cuius res gestæ atque virtutes iisdem, quibus solis cursus, » regionibus ac terminis continentur. Æneid.4.

Tam ficti praui q; tenax quàm nuncia veri.

Catul. *Tanto pessimus omnium poëta,*
Quanto tu optimus omnium patronus.

Ouid. 4. Trist.

Littora quot conchas, quot amæna rosaria flores,
Quotq; soporiferum grana papauer habet,
Sylua feras quot alit, quot piscibus vnda natatur,
Quot tenerum pennis aëra pulsat auis:
Tot premor aduersis: quæ si comprendere conor,
Icariæ numerum dicere conor aquæ.

» 9. Philip. Neque enim ille magis iurisconsultus, quàm » iustitiæ fuit: itaque quæ proficiscebantur à legibus & à iu» re ciuili, semper ad facilitatem æquitatémque referebat: » neque constituere litium actiones malebat, quàm contro» uersias tollere. Ouid.2 de Arte:

Non minor est virtus, quàm quærere, parta tueri.

» Pro Mur. Paria cognosco esse ista in L. Muræna, atque » ita paria, vt neque ipse dignitate vinci potuerit, neque te » dignitate superârit. 2. Philip. Quorum facinus commune, » cur non eorum præda communis? Terent.in Adel.

Quando, ego non curo tuum, ne cura meum.

Huius verò loci sunt consectaria illa è contrarijs quidem orta, sed parium collatione tractata: vt Martialis illud,

Tum seruum scis te genitum, blandeq; fateris,
Cùm dicis dominum, Sosibiane, patrem.

Ouid.1.Fastorum:

In pretio pretium nunc est, dat census honores,
Census amicitias: pauper vbiq; iacet.

Ex

Ex aduersis sunt frequentiora. Cic. pro Sylla: Neque verò quid mihi irascare, intelligere possum. si, quòd eum defendo, quem tu accusas, cur tibi quoque ipse non succenseo, qui accuses eum, quem ego defendo? Inimicum, inquis, accuso meum. & amicũ (inquam) ego defendo meũ. Sic 5. Tusc. Quod cùm fateantur satis magnam vim esse in vitijs ad miseram vitam, nónne fatendum est eandem vim in virtute esse ad beatam vitam? Contraria enim contrariorum sunt consequentia. Sic interdum lacessiti par pari reponimus, qualis est Æcl. 3. apud Virgiliũ contentio pastorum: Damœtæ, primò hoc ænigma proponentis:

Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo,
Tres pateat cœli spatium non amplius vlnas:

Et Menalcæ, alterum ænigma reponentis,

Dic quibus in terris inscripti nomina regum
Nascantur flores, & Phyllida solus habeto.

Paria verò ficta sunt illa apud Æschinem Socraticum, quibus demonstrat Socrates, cum Xenophontis vxore & cum Xenophonte ipso Aspasiam locutam. Dic mihi quæso Xenophontis vxor, si vicina tua melius habeat aurũ quàm tu habes, vtrum illius an tuum malis? Illius, inquit. Et si vestem, & cæterum ornamentum muliebre pretij maioris habeat, quam tu habes; tuámne, an illius malis? Illius verò respondit. Age verò, si virum illa meliorem habeat, quàm tu habes; an illius malis? Hîc mulier erubuit. Aspasia autem cum ipso Xenophonte sermonem instituit: Quæso, inquit, si vicinus tuus meliorem equum habeat, quàm tuus est; tuúmne equum malis, an illius? Illius, inquit. Quòd si meliorem fundum habeat, quàm tu habes; vtrùm tandem illius malis? Illius, inquit, meliorem scilicet. Quòd si vxorem meliorem habeat, quàm tu habes; vtrum illius malis? Atque hîc Xenophon quoque ipse tacuit.

SCHOLIA.

Insequente doctrina de argumentis comparatorum satis explicatè autoris sententia proponitur, vt si in initio, salutem huius capitis communium affectionum enumerationem exceperis: in reliquis omnibus nihil desiderare possis. Minor itaque hîc nobis cum autore contentio erit, sed negotium cum interpretibus longè

maius: præter rationem enim hanc autoris doctrinam imperfe-
» ctiorem esse contendunt. Comparata post definitionem plenius à
» Ramo depinguntur propriis suis affectionibus, quas cum alijs ar-
» gumentis communes habere non debeant. Prior est, comparata
» suæ comparationis natura æquè nota esse, & tamen alterum eo-
» rum altero notius & illustrius esse posse? Sed quomodo hoc in-
telligendum? Comparata æquè nota esse dicuntur: nempe pari-
ter manifesta sunt, & æqualiter sese arguunt in ipsa comparatio-
ne: sicuti consentanea etiam sua consensione, dissentanea sua dis-
sensione æquè nota sunt, & pariter se arguere possunt. Quinimò
eadem ratione omnia argumentorum genera æqualem vim ar-
guendi obtinent. Et quod omnium commune est, quomodo vni at-
que alteri tantum speciei sigillatim tribui potest? Atqui specia-
liter, puto hæc affectio comparatis adscribitur, quia vt fieri oper-
tebat, generaliter explicata non fuit. Est autem contra legem
καθόλε ἀρρῶτον, communem argumentorum affectionem certis qui-
» busdam speciebus assignare. Posterius membrum quod additur,
» alterũ altero esse notius, longè videtur obscurius. Si enim de ipsis
comparatis accipiendum sit, insignis hæc erit contradictio, vide-
licet comparata æquè nota esse: & comparatorum alterum esse al-
tero notius. Quid igitur? An de rebus comparationi subiectis in-
telligendum? vt dicatur res inter se collatas alias alijs esse ma-
nifestiores. Verùm hoc quoque in alijs argumentis deprehenditur.
Res siquidem istæ, quæ causæ nominantur, sæpè notiores sunt,
quàm effecta: & vicissim sæpius. Item subiecta adiunctis cla-
riora sunt, & contrà. Nihil igitur hîc apparet, quod comparato-
rum possit esse proprium. Secunda comparatorum affectio descri-
bitur ex eo, quod sæpe notis tantùm breuiter indicetur, interdum
plenius distinguantur. Et hæc tractationis eorũ forma duplex est,
quæ in textu etiam paulò explicatius definiri potuisset hoc modo:
» Alia comparatio contracta est, siue breuior, alia partibus distin-
» ctis explicata. Illa nimirum est magis inuoluta, vbi rerum com-
paratæ affectiones non distinctis terminis proponuntur. Hæc verò
distincta est partibus duabus enumeratis. Partes istæ sunt πρό-
τασις, propositio, quæ comparationis aut quæstionis propositæ ar-
gumentum continet: & ἀπόδοσις redditio, quæ recenset rem
quæstionis loco positam, aut quam comparandam suscepimus. Ole-
uianus hîc errasse in eo videtur, quòd priore distinctione omis-

sa,

[illegible] & simpliciter docet, in omni comparatione duas esse partes, propositionem & redditionem. Paria deinceps desiuntur, quæ vnam habeant quantitatem. Vbi tamen Piscator ni naduertit quandam definitionis imperfectionem: quippe quæ ncernat paritatem solummodo rerum, cuius consideratio ad dearationis tantum exercitationem pertinet: nec comprehendat iam paritatem rationum. Quorsum autem hæc paritatis distrinio? In quem finem traditur? paritatem aliam rerum esse per se gillatim consideratarum: aliam esse rationum, quando vnum aquid duobus alijs, vel duo vni, aut etiam duo duobus pariter inse dicuntur. An alia est comparatio rerum, alia rationum? Non ertè. Vnus est modus, vna forma & ratio comparatorum, qua s vniuerse, qualescunque demum illæ sint, pariter comparanr, siue res singulæ, aut affectiones illarum atque rationes etiam um alijs singulis, siue plures quoque cum alijs pluribus confeuntur. Semper res duæ in alio quodam tertio comparantur. Vtius hoc in loco est Oleuiani additamentum, vbi docet videndum se, ne pro paribus, quæ paria non sint, accipiamus: ita enim tum alijs, tum in rebus diuinis maximè omnium periculosissimè erri. Argumentum proinde paris eiúsque vsus à Ramo plenius scribitur, cum par explicatur à pari. Et hæc vera est affeionis parium definitio. Veruntamen Piscator animaduertit arumentum paris definiendum potius fuisse, cum in antecedens & consequente Enthymematis par ratio est veritatis, seu par obabilitas: hoc est, cum antecedens æquè est probabile atue consequens. At hæc animaduersio, grauissima iterum aniaduersione ac reprehensione dignissima est. Quid enim argutentum definitur ex affectione Enthymematicæ syllogismoum dispositionis? An argumenti alicuius inuentio desumenaſ secundum proprietates argumentationis? An priora sunt denienda per posteriora? Quomodo argumenti proprietatem tii indicabit ratio dispositionis? Cuiuslibet enim eorum natuæ atque propria facultas simpliciter, vel citra omnem dispositionis considerationem explicari ac doceri debet. Et omninò inentionis argumentorum doctrina præceptis suis separatim dinctis esse debet à dispositionis siue iudicij particulis. Quid uòd comparata etiam aliter disponi possint, quàm Enthymeuticè?

CAP. XIX.

De Maioribus.

rem quæ arguit

Imparia ſunt, quorum quantitas non eſt vna. Imp
maius aut minus. Maius eſt, cuius quantitas excedit
priæ notæ ſunt huius rationis: Non ſolùm, ſed etiam,
lo hoc quàm illud, Pluſquam, item per comparatio
Grammaticam. Cicero pro Muræna:

Tollitur è medio ——

» non ſolùm iſta verboſa ſimulatio prudentiæ, ſed etia
» la domina rerum

—— *ſapientia: vi geritur res:*

» *Spernitur orator* ——

» non ſolùm odioſus in dicendo, aut loquax, verùm eti
» —— *bonus, horridus miles amatur.*

Hinc ſumitur logica quædam gradatio, climaci rh
» rico interdum coniuncta. Pro Milone: Neque verò ſe
» pulo ſolùm, ſed etiam Senatui tradidit: neque Senatui
» dò, ſed etiam publicis præſidijs & armis: neque his tā
» verumetiam eius poteſtati, cui Senatus totam Rem
» omnem Italiæ pubem, cuncta populi Romani arma
» miſerat. Iuuenalis Satyra 8. aduerſus glorioſum nobil

Malo pater tibi ſit Therſites, dummodo tu ſis
Æacidæ ſimilis, Vulcaniaq; arma capeſſas,
Quàm te Therſitæ ſimilem producat Achilles.

» Pro Marc. Plus admirationis habitura, quàm g
» Æneid. 1.

O ſocij (neque enim ignari ſumus antè malorum)
O paſſi grauiora: dabit Deus his quoque finem.

» Cicero pro Mur. Noli tam eſſe iniuſtus, vt cùm tui
» tes vel inimicis tuis pateant, noſtros riuulos etiam a
» putes clauſos eſſe oportere. Hinc illa gradatio eſt ſin
» mace Rhetorico apud Terent.

Thr. *Magnas verò agere gratias Thais mihi?* Gn. *Ing*
Thr. *Ain tu? Læta eſt?* Gn. *Non tam ipſo quidem Dono,*
abs te datum eſſe: id verò ſerio Triumphat.

Ficta verò maiora etiam plurimùm valent. T
Heaut. *Satrapes ſi ſiet*

Anatet, nunquam sufferre eius sumptus queat,
Nedum tu possis. 5. Æneid.

Magnanime Aenea, non si mihi Iuppiter author
Spondeat, hoc sperem Italiam contingere cœlo:
Mutati transuersa fremunt, & vespere ab atro
Consurgunt venti, atque in nubem cogitur aër:
Nec nos obniti contra, nec tendere tantum
Sufficimus.——

SCHOLIA.

In doctrina de Maioribus nihil video quod non solerter & explicatè satis author tradiderit. Vehementer itaque miror interpretes, qui ipsum in hoc capite absq; omni ratione iudicant corrigendum esse: in primis vero Piscatorem, qui triumphãtem in milicia logica Ramum nescio quibus spinetis impedire & contẽnere audet. Logici est rem suam absque rixis & calumnijs declarare atq; proponere. Et hic tamen imparium doctrinam interpretatus, asserere non veretur Ramum confusè & peruersè admodum rem docuisse. Quam quæso mi Piscator, confusionem, quam peruersitatem in authore hîc nobis demonstrabis? Maxime autẽ artis superiores editiones Logicæ Rameæ, Illæ quidem per se corriguntur à posteriore tanquam perfectiore. Authorem insuper, ais, non dissinxisse inter declarationem & argumentationem. Quid non posteà? An tu aliter definies imparia, quorũ usus esse possit in declaratione, & aliter ea quę in argumentatione usurpari queãt. Qualis hæc foret omnium argumentorum imperfecta definitio? Generaliter cuiuslibet argumenti generalis affectio & arguendi ratio definiri potest, & definita quoque est à P. Ramo, siue illorum aliquo rem quampiam simpliciter declarare, siue etiam in syllogismo plenius demonstrare velimus. Argumentum omne secundum præcepta inuentionis excogitatum, suum habet usum in dispositione vel axiomatica: vel si dubium maneat axiomata, in syllogistica. Nec idcirco tamen alia definitio requiritur argumenti axiomaticè disponendi, & alia argumenti syllogistícè concludendi. Quartò accusas eum inscitiæ aut ignorantiæ, quòd author non attenderit quid sit argumentatio à maiore vel minore. Túne igitur putas argumentationem, hoc est syllogisticam illorum argumentorum dispositionem hoc in loco definiendam esse? An præcepta dispositionis confundenda sunt

præceptis doctrinæ inuctionis? An separatim vtraq; sum
nda? Vbi vero inuentionem imparium comparatorum velles
tendere? Quid dubitas? Optimo quidem iure mihi licitum e
contra te disserere & proferre ea, quæ tu contra Ramum teme
effudisti. Primum autem separatim argumentū Maioris videb
mus. Definitur hoc ab authore, Cuius quantitas excedit. Vbi quā
titatis maioris nomine alij intelligunt ὑπαρξιν, vt Aristoteles n
minat faciliorem, siue id quod facilius inest: alij, quod diffici
lius inest: alij, quod difficulter conueniat. Cicero & Quintilia
nus Maiora definierunt ea, quæ præstantiora aut difficilior
sunt.

Hotomanus Iurisconsultus aliorum definitiones improban
Maiora definienda esse censet, quæ maiorem ad aliquid ratione
obtinent, & quæ magis verisimilia aut probabilia sunt. Eode
quoque sensu Oleuianus argumentum à maiore definit, quod ma
gis sit verisimile. Piscator similiter argumentationem à maio
definit, cum Enthymematis antecedens magis probabile est, quā
consequens: quandoquidem non spectanda sit in huiusmodi ar
gumentationibus quantitas duarum rerum inter se comparat
rum, sed duarum potius sententiarum ratio probabilior. Et hi du
posteriores Rameæ Logicæ volunt esse sectatores atque interpre
tes: ac vnanimiter nihilominus contra authorem conspirantes, n
ius sententiam catholicè verissimeq; propositam planè peruertu
Si generaliter intelligatur id quod negari non poterit, quantitat
logicam significare omne idipsum, quod in re aliqua quantum, sim
tantum aut non tantum obseruari potest, siue dimensio sit, sim
numerus, siue dignitas quædam vel potentia aut impotentia, s
ue denique facultas sit aut difficultas: omnino etiam patebit
maiorem quantitatē esse, non tantum quod facilius aut difficiliu
inest, siue etiam præstantius vel probabilius: sed potius omne il
lud, in quo accessus aliquis aut elatio cognoscitur. Quod ad Pis
catorem attinet, nescio quomodo ei in mentem venerit eius quo
dixit, hîc non considerandam esse quantitatem rerum, sed sen
tentiarum probabilitatem: nec enim vllum hîc esse argumentu
declarationis, sed tantum argumentationis. Annon satius fuisse
eum pisces tam insalubres in flumine suo relinquere? Annon
scire poterat, si comparationis aliquod argumentum sit in inuen
tione logica describendum: ipsius quoque singularem naturam

facultatem

facultatẽmque arguendi esse & definiri posse, citra consideratio-
nem vllius dispositionis? Argumenta primum ad præscriptum in-
uentionis excogitanda. Deinde in argumentatione syllogisticè
aut etiam aliter disponenda. Quamobrem si argumento maioris
argumentari, hoc est syllogisticè dispositum demonstrare velimus:
primò argumentum maioris sigillatim excogitandum consideran-
dúmque erit: & talis inuentio hoc in loco docere debet, deinde
similiter dispositionis ratio declaranda venit. Et quis amabò
negauerit, in comparatis imparibus duplicem esse istum vsum,
quem Piscator proponit: nempe tam declarationis æquè quàm
argumentationis? Sæpissimè siquidem in vsu differendi res tan-
tummodo duæ argumento imparium simpliciter declarantur aut
illustrantur, vbi altera alteri simplicissima ratione præfertur: vt si
dicatur, Sol lucidior est luna. Ita Christus inquit, Pater maior
me est: patrem suum simplici declaratione comparationis sibi ipsi
præferens. Error sanè grauissimus est, argumenti definitionem
(utpote natura priorem) è syllogisticę dispositionis partibus tanquã
ex posterioribus desumere. Quid multis? Hoc tantum addo, com-
parationis argumentum à maiore non tantũ adhiberi in argumẽ-
tatione Enthymematica: sed etiam in syllogistica, & dispositione
quoq; axiomatica. Nihil iterũ nũc dico de axiomatibus siue regu-
lis, quas idẽ ille hoc in loco ex Aristotele recẽset: quibus deceptus
exempla etiam huius capitis perplexè interpretatur.

CAP. XX.

De Minoribus.

Minus est, cuius quantitas exceditur: Minus autem, ſępe indicatur proprijs notis, vt non solum, sed ne: potius hoc quàm illud: cum, tum. Item per Grammaticam comparationem: denique per negationem parium. Cic. 2. Catil. Nemo non modò Romæ, sed ne vllo in angulo totius Italiæ oppressus ære alieno fuit, quem non ad hoc incredibile sceleris fœdus asciuerit. 1. Catil. Vt exul potius tentare, quám consul vexare Remp. possis. 2. Agr. Quæ cùm omnibus est difficilis, & magna ratio, tum vero mihi præter cæteros. Ouid 3. de Trist.

Sæuior es tristi Busiride, sæuior illo
Qui falsum lento torruit igne bouem.

Ouid. 1. Remed.

Vt corpus redimas, ferrum patieris & ignes,
Arida nec sitiens ora leuabis aqua:
Vt valeas animo quicquam tolerare negabis?
At pretium pars hæc corpore maius habet.

Atque huius eiusdē speciēi sunt hæ formulæ, quæ fiunt negatione parium Philip. 9. Omnes ex omni ætate qui in hac ciuitate intelligentiam iuris habuerunt, si vnum in locum conferantur, cum Seruio Sulpitio non sunt conferendi. Cat. 2. Quanquam illi qui Catilinam Massiliam ire dictitant, non tam hæc queruntur quàm verentur. Pro Muræna: Quod enim fretum, quem Euripum tot motus, tantas, tam varias habere putatis agitationes fluctuum: quantas perturbationes & quantos æstus habet ratio comitiorū? Aliquando nota nulla est. Pro Marcel. Tantum abes à perfectione maximorum operum, vt fundamenta, quæ cogitas, nondum ieceris. Pro Archia: Saxa & solitudines voci respondent: bestiæ sæpe immanes cantu flectuntur atque consistunt, nos instituti rebus optimis, non poetarum voce moueamur? 7. Verg. Gradatio illa est à minoribus. Facinus est vincere ciuem Rom. scelus, verberare: propè parricidium, necare: quid dicam, in crucem tollere? Finguntur etiam minora. Virgil. Ecl. 1.

Antè leues ergo pascentur in æthere cerui,
Et freta destituent nudos in littore pisces:
Antè peremtratis amborum finibus, exul
Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim,
Quàm nostro illius labatur pectore vultus.

2. Philip. O rem non modo visu fœdam, sed etiam auditu: Si inter cœnam in tuis immanibus illis poculis hoc tibi accidisset, quis non turpe duceret? In cœtu vero populi Rom. negocium publicum gerens, magister equitum, cum ructare turpe esset, is vomens, frustis esculentisque, vinum redolentibus, gremium suum & totum tribunal impleuit.

SCHOLIA.

Argumentum minoris generaliter definitur, cùm in comparatis imparibus id, quo alterum arguitur, minorem quantitatem obtinet, vt idipsum quod arguitur, aut cuius quantitas maior inquiritur

inquiritur, maiorem habeat. Nec igitur ὕστερξις aut minor probabilitas hîc solum proponitur: quamuis probabilitatem eiusmodi tantum hîc spectet præter alios etiam Piscator. Sed quoniam eius sententia ex antè dictis satis copiosè intelligi potest, regulas solummodo, quas idem ille ad cognoscendum, dijudicandúnque consequentiam aut inconsequentiam huius argumenti proposuit, examinabimus. Regulæ quidem eiusmodi omitti poterant, & nihilominus sufficienter natura & affectio huius argumenti explicari poterat. Et si omnino regulæ istæ necessariæ ad argumentationem à minoribus sint iudicandæ: in doctrina tamen syllogistici iudicij rectius, quàm hoc in loco traderentur. Exemplum, quod huic argumento subijcit, è capite Matthæi sexto: Pater cælestis dedit vobis animam: multò igitur magis dabit vobis alimentum. Hic, quod in posteriore membro ponitur, quæstionis loco est, vbi arguitur, Deum daturum esse suis alimenta: argumento, quod in priore membro ponitur, demonstratur: quia etiam animam ipsam ijs dederit. Hoc autem argumentum, quia maius quoddam, siue maiorem quantitatem obtinet, omninò intelligimus, esse illud referendum ad præcedens caput de argumento maioris. Aliud, quod subijcitur ab eodem, est eiusmodi: Pater cælestis dedit vobis corpus, ergo etiam, & multo quidem magis dabit vestitum. Hîc corporis quantitas excedit quantitatem alterius, quod arguitur, nempe vestitus: eiusdémque argumentum est. Quis igitur non videret, exemplum esse hoc argumenti maioris? Tertiò: Qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, qui non cum eo omnia gratificabitur? In hoc etiam exemplo, quis dubitabit eius, quo arguitur alterum, maiorem quantitatem esse? Exẽpla similiter authoris trans-posito ordine vitiosè retexit & examinauit. Primum exemplum: Non modo Romæ, &c. ipse ad maiora retulit: sed contra definitionem argumenti generalem. Illud quoque: Quanquam illi qui Catilinam, &c. exemplum esse maiorum, ait, eo quòd Catilinariorum querela eleuetur compauatione probabilioris sententiæ, quæ magis sit verisimilis. Præterea illud etiam Ciceronianum: Tantum abes à perfectione, &c. comparatione constare, cui insit collatio maioris, id est probabilioris sententiæ: quasi dicatur, Nondum perfecisti: imò ne fundamenta quidem iecisti, quorum tamen posterius longè sit probabilius, ideoque maius. Sed

apertius hoc est, quam vt multis verborum ambagibus refutari necessum sit.

CAP. XXI.

De Similibus.

Adhuc comparatio in quantitate fuit, sequitur comparatio in qualitate, qua res comparatæ quales dicuntur: nempe similes aut dissimiles. Similia sunt, quorum est eadē qualitas: similitudo, proportio dicitur: vt similia proportionalia. Notæ similitudinis, quæ vno verbo cōcluditur, sunt, Similis, Effigies, More, Instar, Tanquam, Sicuti: tum negatio dissimilitudinis, Haud secus, Non aliter. 1. Æneid.

Os humerōsque Deo similis. ——

9. Philip. Quanquam nullum monimentum clarius Seruius Sulpitius relinquere potuit, quam effigiem morum suorum, virtutis, constantiæ, pietatis, ingenij, filium. 1. Tristiū.

Namque ea vel nemo, vel qui mihi vulnera fecit.
Solus Achilleo tollere morte potest.

In Pis. Vnus ille dies mihi quidem instar immortalitatis fuit, quo in patriam redij. Ver. 1. Sed repente è vestigio ex homine, tanquam aliquo poculo Circeo, factus est Verres. Pro Pompeio, Itaque omnes qui dem nūc in his locis Cn. Pompeium sicut aliquem non ex hac vrbe missum, sed de cœlo delapsum intuentur. 3. Æneid.

Haud secus ac iussi, faciunt. ——

Terentius in Phor.

Ego isti nihilo sum aliter, ac fui.

Similitudinis partes deinceps explicantur, & quidem disiuncte vel continuè. Similitudo disiuncta est, quando termini quatuor reipsa distinguuntur. Ecl 5.

Tale tuum carmen nobis diuine poëta,
Quale sopor fessis in gramine. ——

Carmē ad auditorem, vt sopor ad fessum, Termini quatuor distincti sunt. Ad Fratrem. Quemadmodum gubernatores optimi vim tempestatis, sic sapientissimi viri fortunæ impetum persæpe superare non possunt. Hic quatuor sunt item termini, vt gubernator ad tempestatem, sic sapiens ad fortunam. 1. Tristium:

Scilicet

Scilicet vt fuluum ſpectatur in ignibus aurum,
Tempore ſic duro eſt inſpicienda fides.

Cicero 2. Phil. Sed nimirum vt quidam morbo & ſenſus ſtupore, ſuauitatem cibi non ſentiunt: ſic libidinoſi, auari, facinoroſi, veræ laudis guſtum non habent. Virgilius fécerat hos verſus:

Nocte pluit tota, redeunt ſpectacula mane:
Diuiſum imperium cum Ioue Cæſar habet.

Batillus arrogauerat ſibi, præmiúmque magnum erat adeptus. His igitur ſimilibus Batyllum Virgilius luſit,

Hos ego verſiculos feci, tulit alter honores:
Sic vos non vobis nidificatis aues:
Sic vos non vobis mellificatis apes:
Sic vos non vobis vellera fertis oues:
Sic vos non vobis fertis aratra boues.

Aliquando nulla prorſus eſt nota. Virgilius Ecloga. 2.

O formoſe puer, nimium ne crede colori:
Alba liguſtra cadunt, vacinia nigra leguntur.

Continua ſimilitudo eſt quando eſt, vt primus terminus ad ſecundum; ſic ſecundus, ad tertium. 3. Leg. videtis ne magiſtratus hanc eſſe vim, vt præſit, præſcribat recta & vtilia & coniuncta cum legibus? vt enim magiſtratibus leges, ita populo præſunt magiſtratus. Hic termini ſunt tres: lex, magiſtratus, populus.

Ficta ſimilitudo parem vim habet ſeperioribus illis: ſed præcipuè in hac explicata ſimilitudine Æſopici apologi excellunt. Horat. 1. Epiſt.

Quod ſi me populus Romanus forte roget, cur
Non vt porticibus, ſic iudicijs fruar iiſdem,
Nec ſequar aut fugiam quæ diligit ipſe, vel odit:
Olim quod vulpes ægroto cauta leoni
Reſpondit, referam: quia me veſtigia terrent
Omnia te aduerſum ſpectantia, nulla retrorſum.

SCHOLIA.

Explicata comparatione quantitatis, videndum deinceps, quid doceatur ab autore de comparatis in qualitate. Horum autem argumenta res omnes ita conferuntur, vt eas in qualitate vna, aut pluribus etiam conuenire, aut non conuenire intelligatur, in qui-

ius quæ conueniunt, similes: sin minus, dissimiles nominabuntur. Primò igitur omnia, quæcunque in qualitate conueniunt, & proportionem quandam habent, similitudinis genere explicantur. Et res proportionales eæ tantum rectè dicentur, quæ eandem qualitatem obtinent: vt idem omnino sit proportio & similitudo. Proportionis itaque definitio, si qua generaliter adferenda sit, huius saltem loci propria erit, eámque ob causſam in alijs artibus aliena. Sed quid, quæris hîc commentantur interpretes? Oleuianus doctrinam hanc autoris imperfectiorem cogitans, distributionem quandam similitudinis, ab autore omissam, insuper addendam esse monet: duplicem proponens similitudinem, alteram quæ fiat ἀνάπαλιν, quæ dicitur inuersa: alterum vero ἐναλλάξ, hoc est, alternam. Prior est, quando partium ordo, earúmue termini de loco in locum inuertuntur, cuius exemplum ponit: Sicuti aurum se habet ad ignem, ita fides se habet ad periculum. Hîc vicissim inuerso partium ordine sequetur: vt fides ad periculum, sic aurum se habet ad ignem. Alterna definitur, cuius partium prioris antecedens cum antecedente alterius, & sic consequens cum consequente conuertitur: vt si ex eodem exemplo aurum cum fide & ignis cum periculo conferatur. Sed quænam huius inuentionis causſa? An consideratis etiam fundamentis horum præceptorum omitti poterat? Certè quidem. Ea omnia, quorum est eadem qualitas, siue vnum cum vno altero, siue plura cum pluribus alijs, aut hæc alia cum illis comparentur: vtrobique similia sunt, cùm inuersè siue reciprocè, tum etiam in pluribus alternatim. Vt, si dixerit aliquis: Quemadmodum se filius gerit erga patrem, ita seruus se gerit erga herum. Vicissim contra arguere licebit, & quidem ordine inuerso: Quemadmodum seruus erga herum, similiter omnino filius erga patrem se geret. Omne enim simile aliud sui simile æqualiter arguit. Et hoc fundamentum est communis quorumlibet comparatorum affectionis: quo intellecto non magis similium propria, quàm dissimilium, aliorúmque comparatorum communis hæc distributio, quæ eiusmodi affectionem solummodo continet, apparebit. Atqui illud inter communes proprietates comparatorum monendum, & separatim tradendum fuisse dixeris? Alterius igitur antiquioris fundamenti & communioris omnium quoque aliorum argumentorum,

affecti-

affecti[illegible]is videlicet reciprocationis recordare: & videbis eam ipsam q[illegible]que similium fore communem. Vlterius cogita in illa reciproca[illegible]one, & relatiua arguendi ratione etiam inuersionem & alternationem tum singularum, tum plurium simul comparationis partium comprehendi. Hæc diligenter perpende, & vide in quem fin[illegible] separata præcepta de illis affectionibus similium sigillatim tradere necessarium sit. Vtrúmne hoc est obseruare legem καθόλου πρῶτον, generalia specialiter repetendo? O' meditationes logicas nimis euagantes. At quid præterea? Similitudines insuper idem ipse plenius distinguens alias, ait earum desumi à rebus, quæ reuera sint: alias vero ab ijs, quæ, vt verè existentes, animo saltem concipiantur. Sed quomodo, Oleuiane bone, oblitus fuisti Logicæ [illegible]biecti, quod hoc etiam loco adstringi oportebat entibus & non [illegible]tibus pariter? Cur non retro cogitare potuisti, comparata omn[illegible]cta æquè arguere atq; vera? Et similiter cognoscere potuisses, eo ipso non tantum similia, sed reliqua etiam comparata intelligi, vt non magis similia quàm alia quoque ab entibus & non entibu[illegible] desumi queant. Vide igitur, quàm inutile sit, aut vitiosum vera fundamenta huius artis in tunctis posterioribus præceptis non re[illegible]icere.

CAP. XXI.
De Dissimilibus.

Dissimilia sunt comparata, quorum qualitas est diuersa. Dissimilitudinis propriæ notæ sunt, dissimile, dispar, differens, aliud, secus. pro Planc. Qnanquam dissimilis est debi- "
tio pecuniæ & gratiæ. Ennius,

O domus antiqua, heu quàm dispari dominare domino.

Cæsar 1. Bell. Gall. Hi omnes lingua, institutis, legibus "
inter se differunt. 2. Agrar. Alio vultu, alio vocis sono, a- "
lio incessu esse meditabatur. Cicer. 2. Nat. Quoniam cœ- "
ni secus agere atque initio dixeram. Dissimilitudinis no- "
tæ etiam sunt per negationem similium 3. de Orat. Non "
est philosophia similis artium reliquarum 2 Æneid. "

At non ille, satum quo te mentiris, Achilles,
Talis in hoste fuit Priamo. ——

Horatius 1. Epist.

Non eadem est ætas, non mens. ——

1. ad Frat. Sit annulus tuus, non tanquam vas a[illegible] quod, sed tanquam ipse tu. 3. Phil. Certus dies non vt sacrificij, sic consilij expectari solet. Hoc argumẽto pastor ille errorem suum confitetur:

Vrbem quam dicunt Romam, (Melibœe) putaui
Stultus ego, huic nostræ similem:—— Et mox:
Sic canibus catulos similes, sic matribus hœdos
Noram, sic paruis componere magna solebam.

Vt nec canibus catuli, nec matribus hœdi, sic nec Mantua Romæ similis est. Nota plerunque nulla est, & dissimilitudo plenius explicatur. Quintil. libro 5. capite 11. Brutus occidit liberos proditionem molientes. Manlius virtutem filij, morte mulctauit. Catullus:

Soles occidere & redire possunt:
Nobis cum semel occidit breuis lux,
Nox est perpetua vna dormienda.

SCHOLIA.

De dissimilium argumento doctrina facilior est. Hoc ipso omnium rerum discrepantes qualitates arguuntur, vt quoties cuncta rerum quarundam diuersitas, aut differentia in qualitatibus proponatur, eas dissimiles esse cognoscamus. Quamuis autem hoc argumentum maximam videatur habere cognationem cum diuersis dissentaneis, quibus enumeratæ etiam huius argumenti notæ pleræque conueniunt, adeo, vt diuersa & dissimilia multis logicis prorsus eadem videantur: autor tamen noster exercitationem differendi magistram secutus, inter illa distinguit. In diuersis enim simplex & per se absolutè considerata, dissensio aut discrepantia arguitur. Dissimilium autem argumento res inter se conferuntur differèntes, non quidem simpliciter, sed in re quadam alia, quæ sit ex genere qualitatis: vt formositas & facundia, si simpliciter considerentur, sunt res diuersæ: sin vero comparatè considerentur, vt vtriusque subiecta sedes simul consideretur, sunt res dissimiles, & hoc nomine rectè appellantur: formositas enim corporis bonum est, facundia vero animi. Nec quid quam hoc etiam in loco, si exempla rete xantur, cognitu fuerit difficile: vt mirum sit, quid Piscator in vltimo exemplo Virgilian desiderare possit: vbi Tityrus Romam & Mantuam dissimilit confert. Hic enim, ait, verba autoris, si eo, quo ponuntur, me legant

legantur, illa similitudinem potius quàm dissimilitudinem indicare: nec canibus catuli, &c. Legendum enim esse opinatur: Vt canibus catuli, sic non Mantua Romæ similis est. Sed quis, quæso, in vltimis duobus versiculis non intelligit à Tityro, suam ipsius ineptiam aut stultitiam ironicè argui in præcedente sua opinione, quòd minus recte putaret Romam & Mantuam esse similes? Hæc enim eius mens est: Quemadmodum canibus catuli non sunt similes, & matribus quoque hœdi non sunt similes: sic Roma Mantuæ quoque non est similis: vt Latina etiam phrasis in addita negandi particula non fuisset ab interprete illo reprehendenda.

CAP. XXIII.

De Coniugatis.

Hactenus prima argumenta sunt expositа, sequuntur orta de primis: quæ perinde sunt ad id quod arguunt, sicut prima, vnde oriuntur: vt coniugata & notatio, distributio & definitio. Coniugata sunt nomina ab eodem principio variè deducta, vt iustitia, iustus, iuste. In coniugatis symbolum est consentaneorum argumentorum. Prouertius libro secundo:

Libertas quoniam nulli iam restat amanti,
Nullus liber erit, si quis amare velit.

Hìc libertas causa est, cur sis liber. Cicero 3. de Natura Deorum, cùm de Dionysio Tyranno loquitur: Iam mensas argẽteas de omnibus delubris iussit auferri, in quibus quod more veteris Græciæ inscriptum esset, BONORVM DEORVM, vti eorum bonitate velle se dicebat. Dij boni sunt: eorum igitur bonitate est vtendum. Hìc ex effectis ad causas est disputatum. Terentius:

Homo sum, humani à me nihil alienum puto.

Ex subiecto est ad adiunctum. Contra Philipp. 2. Non tractabo vt Consulem, ne ille quidem me vt Consularem. Pison. Cum esset omnis illa caussa Consularis & Senatoria, auxilio mihi opus fuerat & Consulis & Senatus.

SCHOLIA.

Sequentia argumenta omnia ab antecedentibus, quæ prima nuncupatur, ortum suum trahunt: eadem propemodum ratione, vt

in Grammaticis deriuatiua vocabula à primitiuis ſuis formantur atque deſcendunt. Vt igitur in arte Grammatica primatiua vocabula, vtpote notiora & ſimpliciora, priorem ... Etiſſimè loco explicantur: ſic in hac quoque noſtra arte ſecundum leges rectè quoque præceptum fuit in prioribus capitibus de primorum argumentorum genere. Illa ſiquidem ſequentibus ſingulis ſuam arguendi rationem communicant, vt nihil ea, ... nullo modo alio arguant, quàm illa ipſa vnde oriuntur. Omnes igitur vel rudiores logici ſatis, opinor, dextrè intelligere poſſunt, nihil hîc in ordine autoris deſiderari poſſe. Quid igitur miror, tibi Oleuiane, in mentem venit, qui immutato illo ordine, argumenta ſequentia orta eſſe præmittenda cenſuiſti diſſentaneis ipſis & comparatis omnibus? An non obſeruari poterat ex ſequente doctrina, coniugata, notationes aliáque ... ta ex omnibus illis oriri? Vt exempla eorum ſatis euidenter oſtendent.

Coniugata ſunt nomina.) *Argumentum coniugatorum ... quit res omnes per eiuſmodi vocabula, quæ ab vno aliquo vocabuli cuiuſdam themate omnia flectuntur: vt, liber libertus, libertinus. In hoc autẽ argumẽto diligentiſſimè obſeruandũ, vt omnes eiuſdem ſint ſignificationis vocabula: alioquin enim homonimia aut ambiguitas coniugatorum eiuſmodi facile nos decipere poterit: vt, ſi proponantur etiam, quorum alterum vnam ſolummodo actionem ſignificet, alterum vero habitum ex crebris multiſque actionibus paratum, vt vulgata illa exempla oſtendunt · Pecuniam paſcitur, vbi libet: ergo liberum eſt, & per conſequens non tuum. Conſequentia minus valet propter diuerſam coniugatorum ſignificationem. Liberum enim dicitur non modo quod ſe libere poteſt mouere: ſed etiam, quod ſeruire non cogitur.*

Item: Cambyſes iniquo iudici pellem detrahens iuſtè ſedit: ergo Cambyſes iuſtus fuit, minus certè ſufficiens aut validũ argumentum propter ante dictam cauſam: vna enim hirundo ... non efficit. Et hoc certè in textu etiam vno atque altero verbo poſt definitionem moneri poterat. Præterea hic quoque non poteſt, Theologorum diſputationes à concreto, vt vocant, ad abſtractum omnes deſumi ex hoc coniugatorum argumento: contutum ſiquidem coniugatorum hic eſt adiectiuum, abſtractum ...

ſuſtanti-

ſubſtantiuum eorundem. Secundum leges igitur huius argumenti illarum diſputationum conſequentia aut non conſequentia facile dijudicari poteſt.

Contrà.) *Ex adiuncto videlicet ad ſubiectum. Hæc enim vocabula, ne quid obſcurius relinquatur, addenda videntur: coniugata enim ſubiecta arguuntur à coniugatis adiunctis. vt, Conſul, Conſularis coniugata ſunt, quorum prius ceu ſubiectum quæſtionis loco poſitum arguitur à poſteriore adiuncti ſymbolo.*

CAP. XXIIII.

De Notatione.

Notatio, eſt nominis interpretatio: nomina ſiquidē ſunt notæ rerum, nominumque vel deriuatorum, vel compoſitorum, ſi vera notatione fiant, ratio reddi non poteſt ex aliquo argumento primo: vt homo ab humo. Ouidius 6. Faſtorum:

Stat vi terra ſua, vt ſtando Veſta vocatur.

Ex cauſſa eſt notatio,

At focus à flammis, & quod fouet omnia dictus.

Ex effectis eſt notatio. Item. 4. Ver. O Verrea præclara! Quo enim acceſſiſti, quò non attuleris ‹‹ ſecum iſtum diem? Etenim quam tu domum, quam vrbē ‹‹ diſti, quod fanū deniq;, quod non euerſum atq; exterſum ‹‹ reliqueris? Quare appellentur ſanè iſta Verrea, quæ non ‹‹ ex nomine, ſed ex moribus naturáque tua conſtituta eſſe ‹‹ videantur. Ex effectis item eſt notatio Ouid. 1. Faſtorum: ‹‹

Prima dies tibi Carna datur, dea cardinis hæc eſt,
Nomina clauſa aperit, claudit aperta ſuo.

Hic eſt notatio è ſubiecto cardine, circa quem numen eæ exercetur. At ex adiunctis notatio eſt Bambalionis Philip. quia balbus & ſtupidus: hinc igitur cauillatio in Antonium generum. Tuæ coniugis, bonæ fœminæ, locu- ‹‹ letis quidem certè, Bambalio quidam pater, homo nullo ‹‹ numero, nihil illo contemptius: qui propter hæſitan- ‹‹ tem linguæ ſtuporémque cordis cognomen ex contumelia traxerit. Ex adiunctis eſt notatio. E diſſentaneis autem ſunt illa apud Quintilianū libro primo, capite ſexto:

Lucus,quia vmbra opacus, parum luceat: & Ludus, qui fit longissime à lusu: & Dis,quia minime diues. Potest etiam è comparatis esse notatio: vt Pyropus ,quod igne flammam imitetur. Est vero vt notationi ad suum nomen sic nomini ad notationem sua affectio: vt Animi plenus ergo animosus:& contra,Animosus,ergo animi plenus.

SCHOLIA.

Facilis quidem hîc est Rami sententia. Intelligit enim omnium rerum vocabula siue appellationes, quibus res ipsæ insignuntur ac nominantur. Sed si Etymologiæ Grammaticæ à se etiam ipso traditam definitionem cogitasset, haud eum, puto, sæditũ fuisse explicatius quodammodo hanc logicam Etimologiam definire. Notatio siue Etymologia Grammaticè definitur, vocum siue nominum interpretatio: quæ videlicet vocis cuiuslibet proprietates interpretatur. Notatio logicè definitur nominis siue vocis interpretatio. Quæ igitur differentia notationis aut Etymologiæ in Grammaticis & Dialecticis? An non illa definienda aut breuiter addenda erit? vtrobique enim quorumlibet vocabulorum proprietates in interpretatione spectantur: illic in assignificationibus potissimum, hic vero in significationibus earũ declarandis & exponendis. Hæc obscuritas itaque vt facile tolli possit, definitionem in authore positam, ita legi mallem: Notatio est rei ex nomine interpretatio.

CAP. XXV.

De Distributione.

Reliquum est ex ortis aliunde argumentis argumentum distributionis & definitionis: in qua vtraque affectio reciprocationis est: illic partium omnium cum toto, hic definitionis cum definito. Distributio est, cum totum in partes distribuitur. Totum est,quod continet partes: Pars est,quę continetur à toto. Atque vt distinctio totius partes Distributio: sic collectio partium ad constituendum totum Inductio dicitur.

Distributio sumitur ex argumentis toti quidem consentaneis, inter se autem dissentaneis. Itaque tanto accuratior erit,qnanto partium & cum toto consensio,& inter se dissentio maior fuerit.

SCHO

SCHOLIA.

Communis affectio distributionis ac definitionis ponitur reciprocatio. In vtroque enim argumento reciproca aut relatiua arguendi potestas in primis est obseruanda. In distributione partes, quæ enumerantur, omnes arguunt suum totum: & vicissim, hoc ipsum arguit suas partes. In definitione arguitur definitum: & hoc iterum arguit definitionem. Sed quid, si hæc verba expungerentur in autore tanquam impropriè & contra legem καθόλου πρῶτον posita? Semel enim de reciprocatione argumentorum monuisse satis fuisset. Si omnino enim hæc admonitio huius loci propria videatur, intelligenda hoc modo fuerit: quod in hisce duobus argumentis magis & diligentius, quam in vllis alijs intuenda & consideranda sit. Quid enim? qua ratione Piscatoris excusatio locum habebit? Qui autoris textum hic intelligendum esse interpretatur hoc modo: quod reciprocatio omni generi, omnibúsque speciebus etiam distributionis & definitionis insit: sicuti non insit omni aliorum argumentorum generi. Sed quibus verbis, aut quanam ratione hoc defendi poterit? Aut expungendum totum consectarium, aut particula, In primis, insererenda ante verbum sustantiuum, Est.

CAP. XXVI.

De distributione ex causis.

Distributio prima est, ex absolutè consentaneis, causis nempe & effectis. Distributio ex causis est, quando partes sunt caussæ totius. Hic distributio integri in sua membra præcipuè laudatur. Integrum est totum, cui partes sunt essentiales: Membrum, est pars integri. Sic Grammatica, in Etymologiam & syntaxim: Rhetorica, in elocutionem & actionem: Dialectica, in inuentionem & iudicium diuiditur. Ab his enim partibus artes illæ constituuntur. Hæc distributio principalis est, cum rei longioris explicatio suscipitur. 1. Georg.

Quid faciat lætas segetes, quo sidere terram.
Vertere Mecænas, vlmisq; adiungere vites
Conueniat: quæ cura boum, quis cultus habendo
Sit pecori, atq; apibus quanta experientia parcis,
Hinc canere incipiam. ——

„ Cic. pro Mur. Intelligo (iudices) tres totius accusati-
„ onis partes fuisse: & earum vnam in reprehensione vitæ,
„ alteram in contentione dignitatis, tertiam in criminibus
„ ambitus esse versatam. Quin etiam aliter tractatur hoc ar-
gumenti genus, vel à partibus ad totum, vel à toto ad par-
tes. Catullus:

Quintia formosa est multis: mihi candida, longa,
Recta est: hæc ego sic singula confiteor:
Totum illud, formosa, nego. nam nulla venustas,
Nulla in tam magno est corpore mica salis.
Lesbia formosa est: quæ cùm pul. herrima tota est,
Tum omnibus vna omnes surripuit Veneres.

SCHOLIA.

Si præsentis capitis doctrina acutius introspiciatur, offeruntur etiam in hoc, quæ maiore cõsideratione digna videri possint. Primo siquidem singularum distributionis specierum ortus ostenditur, antequam proprietas siue propria natura earum definiendo explicetur. Prima describitur ex absolutè consentaneis. At vero duo sunt genera eiusmodi consentaneorum: qui igitur intellexeris, è quo genere oriatur quælibet distributio, nisi didiceris primùm, quales sint partes eius, & cuius totius. An sint partes totum ceu causæ constituentes: an vero ab eis constitutæ & effectæ. Hoc verò quomodo cognosces, si totius & partium varietas prius definita non fuerit? Totum enim vnum simplex est, & partes quoque diuersi generis sunt: illud in integrum & genus deinceps distinguitur, hæ autem in membra & species. Integrum itaque & membrum priore loco definiendum demum ortus vtriusque ratio ostendenda erat. Dilucidior foret textus hoc modo descriptus.

„ *Distributio alia prima est (mallem dicere absoluta) alia se-*
„ *cunda, siue minus absoluta. Absoluta est, cuius partes tot*
„ *magis consentiunt. Hæc igitur symbolum est absolutè con-*
sentaneorum. Absoluta distributio est vel integri in membra vel generis in species. Integrum est totum, essentiam à partibus perfectè sumens. Membra sunt partes integri, essentiam constituentes. Hæc igitur caussarum sunt symbola, ideóque distributio etiam è caussis dicitur.

Qui

Quid verò textum huius doctrinæ tantoperè corrigendum esse clamo? Illud potius examinandum & diligentius perpendendum, verum distributio integri in membra sit argumentum à prioris ortum: an verò primum, & suæ originis: an integrum vel etiam membrum per se absolutè intelligi possit antecedentibus aliquis nondum intellectis? Videtur sanè natura & consideratio eorum simplex & absoluta & absque alijs cogniu haud difficilis. Percipi & explicari possunt absque antecedentibus: ijs igitur priora sunt, præsertim verò cum eorundem creberrimus quotidie sit vsus, extra vllam omninò distribuendi rationem.

CAP. XXVII.

De distributione ex effectis, vbi de genere & specie.

Distributio ex effectis est, quando partes sunt effecta: vt in naui nautæ alij malos scandunt, alij per foros cursitant, alij sentinam exhauriunt, gubernator autem clauum tenet in puppi. Distributio generis in species hîc excellit. Genus, est totum partibus essentiale: Species, est pars generis. Sic animal, genus hominis & bestiæ dicimus. Animal enim est totum, cuius essentia (nempe substantia corporea, animata, sentiens) ad bestiam & hominem communiter attinet. Sic dicimus hominem & bestiam species animalis, quia partes sunt animali subiectæ, quæ animalis essentiam communem habent. Sic dicimus hominem, genus hominum singulorum: & leonem, singulorum leonum: contrà verò singulos homines, species hominis: singulos leones, leonis. Genus, est generalissimum, aut subalternum. Species, subalterna aut specialissima. Genus generalissimum, cuius nullum est genus: vt in Logica inuentione, argumentum est genus generalissimum artificialium & inartificialium.

Subalternum genus, vt subalterna item species, quod species huius, illius autem genus est: vt causa, species est argumenti absolutè consentanei, genus materiæ & formæ. Species specialissima, quæ est indiuidua in species alias, vt materia & forma singulares. Genus verò & species notæ

sunt causſarũ & effectorum: vt in animali est essentia (substantia) corporea, quæ materia est ad species communiter attinens: tum facultas vitæ & sensus, quæ forma item communiter ad species spectat. Quare genus continet causſas quæ communiter ad ipsius species attinent: contrà itaque etiam species, effecta generis sui continent. Hinc vniuersale est insigne ac præstabile, quia causſam declarat. Distributio generis in species valde quidem excellit, sed difficilis est & rara inuentu. Attamen illustrationis & exempli gratia afferemus, quod poterimus. Ouidius 1. Metamorphos. diuidit animal in quinque species; stellas, aues, bestias, pisces, homines: stellis animam tribuit, vt etiam philosophi tribuêre:

Neu regio foret vlla suis animalibus orba,
Astra tenent cœleste solum formæq; deorum:
Cesserunt nitidis habitandæ piscibus vndæ:
Terra feras cepit, volucres agitabilis aër.
Sanctius his animal mentisq; capacius altæ
Deerat adhuc, & quod dominari in cætera posset,
Natus homo est. ——

Sic Cicero 1. Offic. Virtutem diuidit in species quatuor, » prudentiam, iustitiam, fortitudinem, temperantiam. Sed » omne quod honestum est, id quatuor partium oritur ex » aliqua: aut enim in perspicientia veri solertiáque versatur, » aut in societate hominum tuenda, tribuendóque suum vni» cuique, & rerum contractarum fide, aut in animi excelsi » atque inuicti magnitudine ac robore, aut in omnibus quæ » fiunt, quæque dicuntur, ordine & modo, in quo inest mo» destia & temperãtia. Distributio generis in formas specierum, eadem est; quia formæ cum genere constituunt suas species: vt animalium aliud loquens, aliud mutum. Genus & species non solùm tractantur hac simplici diuisionis formula, sed etiam separatim alterum ex altero. Pro Archia: » Ac ne quis à nobis hoc ita dici fortè miretur, quòd alii » quædam in hoc facultas sit ingenij, atque hæc dicendi ra» tio aut disciplina: nec nos quidem huic cuncti studio pe» nitus vnquam dediti fuimus. Etenim omnes artes, quæ ad » humanitatem pertinent, habent quoddam commune vin-

culum,

culum, & quasi cognatione quadam inter se continentur. Ars est genus, poëtica & eloquentia sunt species. Contrà, genus tractatur per species: vt 4. de Trist.

Materiamq́; tuis tristem virtutibus imple.
Ardua per præceps gloria vadit iter.
Hectora quis nosset, felix si Troia fuisset?
Publica virtutis per mala facta viæ est.
Ars tua Tiphy iacet, si non sit in æquore fluctus:
Si valeant homines, ars tua, Phœbe, iacet.
Quæ latet, inq́; bonis cessat non cognita rebus,
Apparet virtus, arguiturq́; malis.

Exempla igitur specialia suo generi accommodata sunt huius loci 7. ad Attic. Vrbem tu relinquas? ergo idem si Galli venirent? Non est (inquit) in parietibus Respublica: at in aris & focis. Fecit idem Themistocles: fluctum enim totius barbariæ ferre vrbs vna non poterat. At idem Pericles non fecit, annum ferè post quinquagesimum, cùm præter mœnia nil teneret: nostri olim vrbe reliqua capta, arcem tamen retinuerunt.

SCHOLIA.

Sicuti totius & partium natura generaliter intelligi potest, & per se absque alijs argumentis, eorúmue cognitione. Totum enim sui, quod partes contineret. id autem intellectu facilimum puto, vt maximè omnia illa, quæ prima nominantur argumenta, nondum sint perspecta. Similiter omninò generis & speciei proprietas, atque vsus vtriusque in differendo explicari potest: alterum enim eorum ab altero suam essentiam acquirere, aut ab eo oriri, absque omni difficultate intelligi posse puto, vt maximè antecedentia argumentorum genera nondum sint cognita. Nondum igitur satis demonstratum fuisse, opinor, quamobrem hæc genera in ordine ortorum argumentorum sint posita. Alterum, quod in hoc capite autoris desiderari possit, est generis distributio minus necessariò proposita. Si enim hoc tantummodò argumentum ita distribuendum erat, certè etiam antecedentia omnia hoc modo distribui poterãt: quoniam in omnibus & singulis ferè aliquid primum, aliquid etiam medium siue subalternũ, itemq́; infimum reperitur. Cur non causæ aliæ superiores essent atque priores alijs? Cur non aliæ inferiores? Cur finis etiam alius non supremus aut

principalis esset, alius vltimus? Cum autem nulla caussa fuerit, cur in istis generibus distributio eiusmodi obseruaretur, nec hoc in loco vlla aliqua esse potuit. Est enim eadem vtrobiq; ratio.

CAP. XXVIII.

De distributione è subiectis.

Reliqua distributio est quodammodo consentaneorum, vt subiectorum & adiunctorum. Distributio è subiectis est, cùm partes sunt subiecta, vt apud Catul.

Virginitas non tota tua est: ex parte parentum est:
Tertia pars matri data, pars data tertia patri:
Tertia sola tua est: noli pugnare duobus,
Qui genero sua iura simul cum dote dederunt.

» Sic Cicero 5. Tuscul. Sint enim tria genera bonorum, vt
» iam à laqueis Stoicorum, quibus vsum me pluribus quàm
» soleo, intelligo, recedamus. Sint sanè illa genera bono-
» rum: dum corporis & externa iaceant humi, & tantum-
» modo quia sumenda sunt, appellentur bona. Alia autem,
» diuina illa, longè latéque se pandant, cœlúmque contin-
» gant; vt ea qui adeptus sit, cur eum beatum modò & non
» beatissimum dixerim?

CAP. XXIX.

De distributione ex adiunctis.

Distributio ex adiunctis est, quando partes sunt adiuncta: vt, hominum alij sani, alij ægri: alij diuites, alij pauperes. Sic Virgil. 1. Georgic. mundum diuidit in quinque partes, mediam torridam, duas extremas frigidas, & reliquas duas temperatas.

Quinque tenent cœlum zonæ, quarum vna coruſco
Semper sole rubens, & torrida semper ab igni:
Quam circum extremæ dextra lævaq; trahuntur
Cærulea glacie concretæ, atque imbribus atris:
Has inter mediamq; duæ mortalibus ægris
Munere concessæ diuûm. ——

» Cæsar 1. Belli Gal. Gallia est omnis diuisa in partes tres,
» quarum vnam incolunt Belgæ, aliam Aquitani, tertiam qui
ipsorum

ipſorum lingua Celtæ, noſtra Galli appellantur.

CAP. XXX.

De Definitione.

Definitio eſt, cùm explicatur quid res ſit: eáque viciſſim definito argui poteſt. Definitio, eſt perfecta aut imperfecta: illa, propriè definitio: hæc, deſcriptiò dicitur. Definitio perfecta, eſt definitio conſtans è ſolis cauſſis eſſentiam conſtituentibus: quales cauſſæ genere & forma comprehenduntur. Atque hoc modo definitur homo, animal rationale: nempe genere (animal) intelligimus (vt dictum eſt) eſſentiam corpoream plenam vitæ & ſenſus, quæ materies hominis eſt, & pars formæ: cum qua ſi addas (rationale) totam formam hominis comprehendes, vitæ, ſenſus, rationis facultate. Itaque perfecta definitio nihil aliud eſt, quàm vniuerſale ſymbolum cauſſarum eſſentiam rei & naturam conſtituentium. Tales definitiones ſunt artium: Grammatica, eſt ars benè loquendi: Rhetorica, benè dicendi: Dialectica, benè diſſerendi: Arithmetica, benè numerandi: Geometria, benè metiendi.

SCHOLIA.

In argumento definitionis ſpecialiter aliquid repetitum eſſe de reciprocatione, aut per vices arguẽdi ratione aliquid additum eſſe contra legem καθόλου πρώτου *ſciatur. Quamobrem enim autor clauſulam illam addiderit, eius certè rationem reddere non poſſum: præſertim verò, cum eadem quoque ſuperius in capite 25. de Diſtributione verbotenus legatur: ſi igitur aliorum etiam argumentorum non eſſet communis, diſtributionis tamen communis fuerit. Itaque ſoli definitioni quaſi propria attribui non poteſt. Oleuianus interpres hoc argumenti genus diſſentaneis & comparatis præmiſit, acſi primum & ſuæ originis eſſet. Sed facilè intelligere potuiſſet, cùm definitio ex omni aliorum argumẽtorum genere conflari poſſit, hanc ipſam quoque illis ſubiiciendam eſſe, vt ortus eius ratio commodius declarari queat. Reliqua doctrina huius capitis eſt facilima: vt mirum etiam ſit, quare Piſcator tam copioſè perfectam definitionem explicare conatus ſit, vbi alia data definitione hanc doctrinam plus obſcurat, quàm declarat.*

In authoris enim definitione genus esse docet, primam definitionis partem, quæ de definito prædicetur in quæstione, Quid est. Sed cuperem scire ex eo, an alia sit generis affectio hoc in loco sumenda, quàm in præcedenti capite sit explicata? quòd tam copiosè & obscurè tamen genus definiat: cum illud ex antecedentibus facilimè cognosci potuisset. Differentiam quoque, quàm ipse formæ loco nominat, minus explicatè definit: quæ de definito cum genere coniuncto prædicetur in quæstione, Quale est. Quis vero tam varietas quæstiones in definitione requirit? An non argumentũ definitionis ad vnã aliquam simplicem quæstionẽ reddi posset? An duplex semper de essentia & qualitate simul requireretur? Addit insuper etymologiam differentiæ, eaq; explicata prolixè ostendit, eam desumi quadruplici modo: ex forma, ex fine, ex subiectis, ex adiunctis, denique pluribus. Sed quomodo Piscater non videbat hac doctrina definitionem perfectam, cuius differentia traditur, cum descriptione confundi: inter quã tamen, & ipsam perfectam definitionem obseruare discrimen aliquod author voluit: id quod commodissimum esse duco. Quòd si enim omissis causis res quæpiam è subiectis aut ex pluribus adiunctis definiatur: ea sanè definitio non erit ad præscriptum authoris formata, sed potius secundum alia præcepta, & quidem capitis sequentis. Simpliciter itaque textum huius capitis intelligendum esse censeo, in perfecta qualibet difinitione requiri materiam & formam propriam definiti, tanquam causas eius essentiales. Vna tantum est perfectè definiendi ratio è genere & differentia specifica, siue è materia & forma. Semper itaque in omni definitione studendum fuerit, vt proximum quódque genus, & proximam eiusmodi speciem siue formam habeamus: sin minus, ad aliud, quod ei proximè succedit, transire licebit. Et hæc vnica ratio diligentissimè obseruanda. Mirum igitur, quamobrem Piscator duplicem perfectæ definitionis modum præscripserit: alterum, vbi per summum siue generalissimum genus & differentias communiores res quæpiam describatur cum specifica: alterum, vbi proximum genus & proxima differentia ponatur. Si enim præter materiam & formam, quæ genere proximo, & specifica proxima differentia comprehenditur, accesserit: illa omnis definitio imperfectior Logicis habetur, ideoq; descriptio nominanda.

CAP.

CAP. XXXI.

De Descriptione.

Descriptio, est definitio ex alijs etiam argumentis rem definiens: vt, Homo est animal mortale, capax disciplinæ. Hic cum aliqua causa miscetur communis, itémque propria, circumstantia. Atque hæc succincta breuitas non est in hac specie perpetua, sed sæpe illustriorē & magnificentiorem explicationem desiderat. Sic gloria describitur in Miloniana: Sed tamen ex omnibus præmijs virtutis (si esset habenda ratio præmiorum) amplissimum esse præmium, gloriam: hanc vnam, quæ breuitatem vitæ posteritatis memoria consolaretur, quæ efficeret vt absentes adessemus, mortui viueremus: hanc denique esse, cuius gradibus etiam homines in cœlum videantur ascendere. Sic 4. Æneid. fama describitur:

Extemplò Libyæ magnas it fama per vrbes.
Fama malum, quo non aliud velocius vllum
Mobilitate viget, viresq́; acquirit eundo:
Parua metu primò, mox sese attollit in auras,
Ingreditur q́; solo, & caput inter nubila condit.
Illam terra parens ira irritata Deorum,
Extremam (vt perhibent) Cœo Enceladoq́; sororem
Progenuit, pedibus celerem, & pernicibus alis:
Monstrum horrendum, ingens, cui quot sunt corpore plumæ,
Tot vigiles oculi subter (mirabile dictu)
Tot linguæ, totidem ora sonant, tot subrigit aures:
Nocte volat cæli medio, terræq́; per vmbram
Stridens, nec dulci declinat lumina somno:
Luce sedet custos, aut summi culmine tecti,
Turribus aut altis, & magnas territat vrbes:
Tam ficti pravi q́ tenax, quàm nuncia veri:

Tales sunt descriptiones plantarum, animalium in Physicis: item fluminum, montium, vrbium in Geographis & Historicis.

CAP. XXXII.

De Testimonio diuino.

Expositio artificiali argumento, sequitur inartificiale.

Argumentum inartificiale est, quod non sua natura, sed assumpta artificialis alicuius argumenti vi arguit. Itaque cùm exquisita rerum veritas subtiliùs exquiritur, perexiguam vim probationis habet: in ciuilibus autem & humanis rebus plerumque hoc argumentum præcipuam fidem è moribus arguentis efficit, si prudentia, virtus & beneuolentia adfuerint. Id vno nomine testimonium dicitur: estque diuinum vel humanum. In diuinis testimonijs numerantur non solum deorum oracula, sed etiam responsa vatum & fatidicorum: quæ omnia 3. Catilin. adhibentur. » Nam vt illa omittam (ait Orator) visas nocturno tempo» re ab occidente faces, ardoremque cœli, vt fulminũ iactus, » vt terræ motus, cæteráque, quæ ita multa nobis Consuli» bus facta sunt, vt hæc, quæ nunc fiunt, canere Dei immor» tales viderentur. Deinde paulò post: Quo quidem tempo» re, cùm Aruspices ex tota Hetruria conueniissent, cædes » atque incendia, & legum interitum, & bellũ ciuile ac do» mesticum, & totius vrbis ac imperij occasum appropinqua» re dixerunt, nisi Dij immortales omni ratione placati, suo » numine propè fata illa flexissent. Tandem cum dixisset, vt ex Aruspicum responsis ludi facti & Iouis signũ maius factum conuersumq; ad orientem, tum ait: Illud vero, nón» ne ita præsens est, vt nutu Iouis optimi maximi factũ esse » videatur? vt cùm hodierno mane per forum meo iussu & » coniurati & eorum indices in ædem Concordiæ ducerentur, eo ipso tempore signum statueretur, quo collocato at» que ad vos Senatumq; conuerso, omnia & Senatus & vos » quæ erant contra salutem omnium cogitata, illustrata & » patefacta vidistis. Breuius est illud Tibulli:

Quod si vera canunt sacris oracula templis,
Hæc illi nostro nomine dicta refer:
Hoc tibi coniugium promittit Delius ipse
Fœlix, ac alium desine velle virum.

SCHOLIA.

Vltimum genus argumentorum, est inartificiale, quod assumpta tantum exteriore virtute alterius argumenti artificialis quaslibet arguit, quamlibet etiam quæstionum genere ad deferendum propositas. Et hoc tamen tibi fuit, Piscator, in-

ectu difficile. Teſtimonium definis, quod ad quæſtionis tantùm coniunctæ veram demonſtrationem aſſumatur. At quorſum hæc teſtimonij definitio? vtrùmne explicatior & facilior eſt, quàm authoris noſtri? An quæſtionem ſolummodò coniunctam logicis argumentis ſubijcies? imò, ais, quia vſus declarationis non eſt cuius argumenti communis, ſed ſola demonſtratio huc pertinet. Quid igitur, ſi quis ſimplicis alicuius rei aut thematis, vtpote virtutis ſiue hominis, &c. eſſentiam definitione declaret, cauſas eius inquirat, effecta vel adiuncta enumeret: an non hæc omnia eruditorum & illuſtrium hominum teſtimonijs vberius etiã argui poſſint? Quid negas? Certè niſi omnem quæſtionem, aut rem omnem huic argumento ſubijcias etiam ſingularem, logicum illud eſſe negaueris. Vt enim definitiones, diſtributiones aliáque argumenta ad ſimplicem quæſtionem arguendam & declarandam adhiberi poſſunt: ita quoque & non minus hoc inartificiale, quod dicitur teſtimonium. Falſitatis inſuper authorem arguis, Piſcator vbi ait ille: in exquiſita rerum veritatis inquiſitione per exiguam vim probationis hoc argumentum habere: hoc loces, non eſſe κατα παντος, quoniam diuinis teſtimonijs & ſacrarum literarum pronunciatis maxima ſemper fides habenda eſt. Videbimus igitur, ſi rectè hoc in loco textum Rameum repreſendis. In omnium certè rerum, itemq; artium in primis veritate inquirenda, rationes & firmiſſima ſemper argumenta adducẽda & conſideranda ſunt: vbicunq; modo vel vna aliqua ratio excogitari aut haberi poteſt: & hoc eſt, quod Plato in Philebo, item in Critone: & Cicero 1. de Nat. Deorum philoſophatur. Sin verò certæ firmæq; rationes inueniri nequeant, aut ſaltem probabiles: tum demum authoritate atq; teſtimonijs nobis acquieſcendũ eſt: eo vſq; tamen, vt quorum authoritate niti volumus, eorũ & virtutes atque mores inueniamur, nec ob anticipatam ſolummodò perſuaſionem aut dilectionem externam eos probemus & æſtimemur. Perito enim artifici illi credendum, qui prudenter & benenolè ſuam artem tractauerit. Et quo illuſtriores & maiores fuerint conteſtantis alicuius authoris virtutes, ſapientiaq; præſtantior: eo maiorem quoque fidem teſtimonium eius merebitur. Quin enim per ſe parum probabit. Atqui hæc, dixeris, de hominum pronunciatis intelligenda eſſe, non autem de diuinis. Diligentius itaque attendatur, & logici iudicij acumen ad-

hibeatur. Certè diuinorum testimoniorum, quatenus talia sunt
leguntur, eadem est ratio. In diuinarum enim literarum lectio
earúmue mysteriis & quæstionibus decidendis, si quid mente
ratione nostra minus rectè percipere & diiudicare possimus : om
ninò etiam ipsis pronunciatis siue testimoniis acquiescendum, iis
fides habenda est. Sed quid hoc? Cur igitur Ramus generalit
asserui inartificiale argumentum quodlibet parum fidei habere
Rectissimè quidem docuit. Verbis enim sacrosanctarum litera
earúmue testimoniis nemo facile fidem habet, qui non assumat
mul artificiale aliud argumentum, quo moueatur : illud in prim
vt cogitet ac vere credat Deum verum esse illorum author
testemq; nunquam mentiri scientem. Causæ nimirum efficien
cogitatione vnusquisque mouetur vt fidem habeat omnibus
bliorum enunciatis : vnam illam causam pro pluribus aliis doc
mentis siue argumentis artificialibus recipiens: adeò vt qui ill
perfectè non nouerit, minimè quoq; iis credere possit.

Ethnici, Turcæ & in primis Iudæi audiunt noui Testamen
doctrinam à Deo profectam esse: attamen, quia Christum non
ctè cognouerunt, minorem quoque fidem illi habent. Galenus
lim vidit & legit Mosis & Christi documenta, audiuitq; in
Dei tantummodo sermonem contineri : sed, quia Deum in fi
haud cognouit, noluit etiam, aut non potuit iis fidem habere, v
pote philosophus, qui omnia ratione metiretur. Idem planè Aug
stinum innuere puto, vbi inquit : Nisi Ecclesiæ me moueret a
thoritas, sacris literis fidem nullam haberem. Haud malè sci
cet, Theologus, Piscatore Theologo prudentior, iudicauit : pa
cos fore, qui verbis Euangelij crediturí sint, præter eos, qui c
tota Ecclesia indubitanter etiam credant, illa esse ipsissima
Diuini verba. Quid igitur putem authoris nostri doctrinã, Th
logiæ fundamentis contradicere? Nunquam sanè. Salua religi
ne logicum hoc eius thema verissimè & κατα παντος subsist
potest. Quanta igitur fides tum diuinis, tum humanis singulis
beri debeat, de sententia præceptoris nostri facilimè intelligi
terat : nempe maiorem aut minorem iis, quorum virtutes, vt
prudentiã, veritatem, aliasq; maiores aut minores perspexerim
Quis enim, quæso, tam stupidus atque rudis esset, qui, si audi
mores & virtutes arguentis fidem facere, non protinus ei
iudicare posset, Deo, quia sit indubitatæ veritatis, indubitate

ad

adeoque maximam fidem habere oportere? Hominibus deinde bonis & prudentibus, quàm alijs maiorem: malis & impijs nullam: fatuis probabilem, & sic deinceps. Quandoquidem verò tibi, amice Piscator, hæc sigillatim cognoscere visum fuit difficile: idcirco, opinor, septem addidisti speciliatores regulas è quibus illa omnia discerentur. Atqui generalibus præceptis cõprehẽsam doctrinam non oportuit contra legem καθόλου τοῦ κατὰ μέρος speciali ter repetere. Itaque Logica nostra tuis, vt vides, commentarijs in hoc capite carere potuit. Attamen copiosiorem, nescio, quam Logicam nobis ostendere pergis in explicatione distributionis testimoniorum. Res omnes aut diuino, aut humano aliquo testimonio argui possunt. Quamobrem author hæc, tanquam aduersa genera, eaque entium & non entium communia rectissimè opposuit. Sed cum in sequentibus distributionibus testimonij humani species quædam recenseantur, quæ diuino etiam generi subijci, adeoque communiores quasi vtriusque generis affectiones esse possint: eas certè priore etiam loco explicare oportuit. Piscator hoc ipsum animaduertens, alio ordine testimoniorum varietatem distribuit: primò, à forma: deinde, ab efficiente: tertiò, à subiectis: vltimò, ab adiunctis. Oleuianus eandem doctrinã secutus est, nisi quod secundam Piscatoris distributionem cum nostro authore priore loco posuerit. Vtriusq; autem interpretis animaduersiones hoc in loco plurimum animaduertendæ sunt. Prima distributione distinguitur testimonium verbis & factis: & verbis quidem, vel pronunciatis vel scriptis. Verbis pronunciatis subijciuntur, quæ Deus olim locutus fuit cum sanctis hominibus. Sed quæro ex Piscatore, an non vsus differendi ostendat hominum etiã pronunciata, sub illo genere comprehendi posse? Ad scripta verba referuntur leges humanæ, senatusconsulta, aliaq; magistratuum decreta. Ecquis verò alius dubitauerit, has species pronunciatis etiam verbis subijci posse? Nónne edicta prætoria & alia principum mandata sæpissimè pronunciatis tantùm continentur? Nulla sanè inter illorum generum species apparet dissensio. Scripta testimonia possunt quoque pronunciatis simpliciter comprehendi: & pronunciata vicissim verba scriptis præponi. Quare igitur diuersa earum specierum genera traduntur? vbi diuersa earum forma? Causam equidem cur distinguantur non video. Factorum testimonijs præter alia, adduntur gestus & ritus, qui-

bus teſtes aliquando vtuntur: item cæremoniæ Moſaicæ. Ecquis autem non intelligit, hæc potius adiuncta eſſe ſigna, animum arguentis ſignificantia, adeoque adiunctorum tantummodo arguere rem ſignificatam? Ego ſanè haud dixerim hæc formam teſtimoniorum conſtituere. Secundo loco teſtimonium diuiditur in diuinum & humanum. Tertio, in promiſſionem & confeſſionem: quæ tamen ſpecies plurimum cognatæ ſunt: promittendo confitemur, & confitendo promittimus: & hæ ſpecies ad ſecundam quoque diſtributionem referri poſſunt, vbi à promiſſione diuina aliquid arguimus, &c. Exempla etiam, quæ huic diſtinctioni ſubijciuntur, teſtimonia videlicet Apoſtolorum de Chriſto, diuinis teſtimonijs rectius ſubijcerentur. Quartò, teſtimonium diſtribuitur, quod fiat, vel interueniente iuramento, vel abſque eo. Facilè autem apparet, hanc diſtinctionem tertiæ poſſe ſubijci: quoniam iurantes ſæpiſſimè multa promittimus aut confitemur. Itaq; apertiſſimè intelligitur minus diſtinctè, minuſq; perfectè à Piſcatore diſtributiones teſtimoniorum fuiſſe propoſitas. Cum enim animaduerteret, varias ſpecies eſſe teſtimoniorum: primo loco generaliſſimæ erant ponendæ, quæ omnium aliarum communes eſſe poterant: deinde de ſpecialioribus, vt vltimo loco ſpecialiſſima & infimæ ponerentur.

CAP. XXXIII.

De Teſtimonio humano legis & ſententiæ, & eorum vſu in omni diſciplina.

Teſtimonium humanum, eſt commune aut proprium. commune, vt lex & illuſtris ſententia: legis autem & non ſcriptæ & ſcriptæ teſtimonium eſt pro Milone. Eſt enim „ (iudices) non ſcripta, ſed nata lex: quam non didicimus, „ accepimus, legimus: verum ex natura ipſa arripuimus, „ hauſimus, expreſſimus: ad quam non docti, ſed facti: non „ inſtituti, ſed imbuti ſumus: vt ſi vita noſtra in aliquas inſi„ dias, ſi in vim, in tela, aut latronum, aut inimicorum inci„ deret, omnis honeſta ratio eſſet expediendæ ſalutis. E„ ibidem: Quod ſi duodecim tabulæ nocturnum furē quo„ quo modo, diurnum autem, ſi ſe telo defenderit, interfe„ impunè voluerunt: quis eſt, qui quoquo modo quis inter„ fectus ſit, puniendum putet, cum videat aliquando gladi-

nobi

nobis ad occidendum hominem, ab ipsis porrigi legibus? Sententiæ illustres sunt prouerbia: vt Pares cum paribus facilimè congregantur. Spartam nactus es, hanc exorna. Sunt item dicta sapientum, Nosce teipsum. Ne quid nimis. Sponde, præsto est detrimentum. Proprium testimonium est, vt Platonis illud 1. ad Quintum Fratrem: Atque ille quidem princeps ingenij & doctrinæ Plato, tum denique fore beatas Respublicas putauit, si aut docti & sapientes homines eas regere cœpissent, aut qui regerent, omne suũ studium in doctrina ac sapientia collocassent. Talia sunt in Poctis. 6. Æneid,

Discite iustitiam, moniti: & ne temnite diuos.

Sic Homerico illo versu:

Αἴας δ' ἐκ Σαλαμῖνος ἄγεν δυοκαίδεκα νῆας

Aiax autem ex Salamine duxit duodecim naues.

Megarenses victi sunt ab Atheniensibus. Virorum testimonia sunt, non tantùm cùm quæritur de fundo aut cede & eiusmodi negocio aliquo: sed etiam obligationis, confessionis, iurisiurãdi testimonia sunt. Obligationis exemplũ est 5. Phil. Audebo etiam obligare fidem meam (P. C.) vobis populoque Romano: quod profectò, cum me nulla vis cogeret, facere non auderem, pertimescerémque in re maximè periculosa opinionem temeritatis: promitto, recipio, spondeo (P. C.) Cæsarem talem semper fore ciuem, qualis hodie sit, qualemque eum maximè velle & optare debemus. Pignus autem obligatio quædam est, vt apud Virgil. Ecloga tertia:

Vis ergo inter nos quid possit vterq; vicissim
Experiamur? ego hanc vitulam (ne ferre recuses,
Bis venit ad mulctram, binos alit vbere fœtus)
Depono: tu dic mecum quo pignore certes.

Confessio est libera vel expressa tormentis, quę propriè quæstio dicitur. Liberæ confessionis exempla sunt apud Demosthenem. Coactæ confessionis exemplum extat apud Milonem, sed à Cicerone deridetur. Age verò, quæ erat ant qualis quæstio? Heus, vbi Ruscio? vbi Casca? Clodius insidias fecit Miloni? Fecit: Certa crux. Nullas fecit? Sperata libertas.

Huc etiam referri potest argumentum, quo vtimur, cùm affirmationis nostrę approbationem experientiam proponimus. 4. Ver. Ecquis Volcatio, si sua sponte venisset, vnam libellam dedisset? Veniat nunc, experiatur: tecto recipiet nemo. Terentius Eunuch.

Fac periculum in literis,
Fac in palæstra, fac in musicis, quæ liberum
Scire æquum est adolescentem, solertem dabo.

Ouidius 3. Trist.

Quod magis vt liqueat, néue hoc ego fingere credar:
Ipse velim pœnas experiare meas.

Iusiurandum etiam testimonium est: quale est 6. Æneid.

Per superos, & si qua fides tellure sub ima est,
Inuitus, regina, tuo de littore cessi.

Reciprocatio hic obscurior est: vt quià testatum verum sit, testis sit etiam verax.

SCHOLIA.

Testimonium, quod hominum dicitur, à nostro authore in legem & illustrem sententiam distinguitur, tanquam in species eius generis aduersissimas. Sed quare, quæso, huic tantùm generi nominatæ species subijciuntur? Vsus disserendi ostendit sæpissimè res plurimas non legibus tantùm, aut sententijs humanis, sed etiam diuinis legibus, sacrosanctisque Euangelij sententijs argui & confirmari. Eiusmodi leges etiam innumeræ in sacris Bibljis nobis necessariò obseruandæ describuntur: illustres quoque plurimæ sententiæ tum alibi, tum in libro Prouerbiorũ Salomonis. Quam igitur ob causam dubitarem, hasce duas species, quas author hìc nominat, legem & illustrem sententiam, non etiam ad diuinum testimonium referri posse, atque ad humanum commune? Omninò patêre potest, hanc distinctionem non magis propriam esse humani testimonij, quàm virinsque potius tam diuini, quàm humani communem affectionẽ, aut saltem priore loco tradendam distributionem esse. In reliquis textus quidem facilis est. Vbi tamen de confessione agitur, specierum eius explicatio definitio poni poterat. Vltima species siue specialissima testimonij humani proponitur, iusiurandum. Atqui & hæc species diuini testimonij communis esse poterat. Sæpe enim multúmque

Deus

Deus, iuramento etiam interpositio sua enunciata aut suam doctrinam effatur: vt, Amen amen dico vobis, nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur, &c. Non igitur soli hominis testimonio insiurandum fuit subiciendum. Quamobrem, cùm opus sit, paulò explicatius doctrinam de argumento testimoniorum describi: equidem sanè putauerim hac ratione testimoniorum species commodissimè distingui, & meliore ordine sequente describi posse: nempe post definitionis & consectariorum explicationem hæc poni possunt:

Omne testimonium est vel lex vel illustris sententia. Legis testimonium est, quando iussu & præscripto legis alicuius rem arguimus. Lex aut naturalis est, aut tabulis siue litteris descripta. Hæc enim genera generalissima sunt omnium testimoniorum: aut si malis, generalissimæ affectiones omnium specierum sequentium.

Legis naturalis exemplum est illud pro Milone in textu authoris. Legis scriptæ exemplum est ibidem: Quod si duodecim, &c.

Illustris sententiæ sunt prouerbia communia, item dicta & elegantes γνῶμαι sapientum aut eruditorum hominum, quæ communiter ab omnibus vsurpantur.

Secunda distinctione testimonium vel simpliciter pronunciatum est, vel scriptum.

Testimonia simpliciter pronunciata sunt, senatusconsulta, edicta prætorum, publica principum mandata, quibus aliquid subditis iniungitur.

Scriptum testimonium est, quod literis consignatum iam antè habetur.

Si quæras, quare hæc distinctio secundo ponatur loco? Facilè intelligi potest, omne testimonium siue pronunciatum sit siue scriptum, ex omni genere antecedente esse posse, nempe vel legè vel illustrem sententiam.

Tertiò, testimonium aliud iuratum est, aliud iniuratum. Iuratum est, quo interposito iuramento arguitur. Eiusmodi testimonia in sacris litteris multa habentur, multa etiam apud alios authores.

Iniuratum est, quod sit absque iuramento.

Hæc siquidem distinctio eiusmodi testimoniorum affectiones

continet, quæ superioribus duabus meritò subijciantur. Et hæc, si placeat, ad præcedens caput poterunt referri: hoc autem præsens sequentem doctrinam contineat, hoc modo:

Et hæc de communibus testimoniorum affectionibus: sequuntur species.

Testimonium aliud diuinum, aliud humanum est.

Diuinum, quod Deum authorem habet, vel immediatum est, vel mediatum. Immediatum, quod immediatè ab ipso Deo proficiscitur. Et huic immediato fidem maximam habemus.

Mediatum est, quòd à Deo quidem, sed per ministros ab ipso vocatos proficiscitur: vtpote sunt omnia illa, quæ à Prophetis & Apostolis accepimus. Huius etiam generis sunt responsa vatum & fatidicorum, auspicia & coniectorum vaticinia.

Humanum testimonium est, quod ab homine aliquo proficiscitur. Et huic eò maior fides habetur, quo virtus nobilior & illustrior arguentis hominis erit.

Et hoc vel plurium hominum commune, vel singulorum proprium est. Testimonium commune est, quando testes multos adducimus. Proprium singulorum est, quod singulis aut singulari alicui homini tribuitur: vt Socrati, Pythagoræ, Aristoteli. Et hoc vel obligationis est, vel confessionis. Ad obligationem hominum referri possunt pignera.

Confessio vel libera est, vel coacta.

Coacta autem nominatur rectius, quia non tantum tormentis, vtpote quæstio: sed aliis etiam modis confessio excogitur vel extorquitur.

FINIS LIBRI PRIMI.

P. RAMI

P. RAMI DIALECTICAE

LIBER SECVNDVS

DE IVDICIO.

CAPVT. I.

Quid Iudicium.

ADHVC Prima Dialecticæ artis pars fuit in inuentione: pars altera sequitur in iudicio. Iudicium, est, secunda pars Logicæ de disponendis argumentis ad bene iudicandum. certa enim dispositionis regula vnumquodque iudicatur: vnde hæc pars Logicæ, & iudicium & dispositio pro eodem dicitur.

SCHOLIA.

Absolutis & explicatis in libro primo tum ijs, quæ in ipso autoris contextu corrigenda, tum plurimis, quæ in aliorum interpretum animaduersionibus diligentius perpendenda visa sunt: nemo equidem (opinor) mirabitur, si eadem ratione librum quoque sequentem examinare & interpretari aggrediamur. Erunt enim in hoc etiam, quæ exquisitiore consideratione digna videbuntur. Cur autem illa proponere non liceat? Quæ non cauillandi aut eruditionem aliquam ostentandi animo, sed veritatis potius & absolutioris Logicæ gratia excogitata sunt. In sequente igitur libro explicatur artis Dialecticæ pars secunda, quæ dicitur dispositio, eo quod doceat secundum regulas in primo libro traditas inuenta prius argumenta cum ratione etiam disponere: & quidem hunc in finem, vt commodius atque prudentius diiudicari possint, à quo fine eadem quoque pars Iudicium cognominatur. Secundum regulas itaque axiomaticæ dispositionis omnia argumenta prius disposita iudicabuntur: secundum regulas de syllogismis aut syllogistica dispositione omnes quoque syllogismi iudicabuntur. Et denique iuxta præcepta de Methodica dispositione iudicium instituendum est.

CAP. II.

De Axiomatis affirmatione ac negatione

Iudicium est, axiomaticum vel dianoeticum. Axioma, est dispositio argumenti cum argumento, qua esse aliquid aut non esse iudicatur. Latinè enunciatum, enunciatio, pronunciatum, pronunciatio, effatum dicitur. Axioma, est affirmatum aut negatum: affirmatum, quando vinculum eius affirmatur: negatum, quando negatur. Hinc nascitur axiomatum contradictio, quando idem axioma affirmatur & negatur.

SCHOLIA.

Primam speciem Iudicij autor proponit in axiomate, vbi simplicissima disponendi ratione argumentū solummodo cum argumento collocatur, ideóque simplici etiam mentis intelligentia iudicantur, tanquam manifestiora, & per se fide digna. Vnde Græca appellatione autori ἀξίωμα dicitur, vtpote quod dignum sit cui absque pleniore dispositione aut longiore ratiocinatione fides habenda sit: vt hoc vel illud quod disponitur, tale esse, vel non tale cognoscatur. Hic enim fructus est axiomaticæ eiusmodi dispositionis. Itaque rectè autor extremam clausulam axiomatis definitioni addidit, qua esse aliquid, aut non esse iudicatur. Quamuis Piscator eam ob causam totam definitionem abusiuè positam esse commenteur: quoniam clausula ista restringenda sit tantum ad verbum substantiuum Est, affirmatum. Atqui facilimè intelligi poterat, hic non modo verbum substantiuum nudè pro copula positum, sed cuiuslibet enunciati qualicunque illud copula, siue verbo substantiuo, siue etiam coniunctione aliqua contineatur, affirmationem vel negationem significari: omne videlicet, quod enunciatur, hoc vel illud esse, vel affirmatè vel negatè positum. In omnibus enim argumentis ex dispositione iudicandis, prima & generalissima consideratio est, vtrum affirment, an vero negent aliquid. Quamobrem in hoc capite affirmationis & negationis affectio tanquam principalis siue alijs vniuersis prior rectè loco primo subijcitur. Distinctio nimirum è modo compositionis partium. Si enim partes affirmatione vel negatione componantur, axioma affirmatum vel negatum dicitur. Contingit autem sæpissimè in vsu differendi, vt vna eadem-

eadémque res affirmetur, simul & negetur: idque commune est omnium eorum, quæ à nobis enunciari aut dici possunt. Nihil siquidem tam sanctum atque solenne est, quin violari: nihil tã verè affirmatum, quin negari possit. Illa igitur vnius eiusdemque rei affirmatio pariter & negatio hîc nominatur contradictio. Affirmatio nempe & negatio eiusdem axiomatis, vt totum consequens de toto antecedente affirmetur & negetur. Et hæc sanè contradictio propriissimè ad dispositionem axiomaticam pertinet. Mirum autem, quàm anxiè hoc in loco interpretes dubitare videantur: quàm sollicitè quærant, quare hoc in capite de contradictione doceatur ab autore, qui de eadem in doctrina inuentionis tradiderit. In contradictione inuentiua, aiunt, specialem quandam singulorum argumentorum: hic verò totius alicuius axiomatis contradictionem spectari. An hoc est rationem dispositionis intelligere? An hoc est contradictionis naturam rectè interpretari? Rei nullius explicationi contradicendo nos opponere possumus: nisi illa prius affirmatè aut negatè enunciata sit, vt qualis sit, vel non sit percipiatur: & nos simul nouisse queamus, vtrum, quod enunciare volumus affirmandum aut negandum sit. Quocirca dubitandum minimè fuerit, huius loci illam affectionem propriam esse, axiomaticæ, puto, dispositionis, quam sequitur. De contradictione igitur in ordine argumentorum præcipere, omnino fuit alienum, vt copiosè in capite de contradicentibus demonstrauimus.

CAP. III.
De vero & falso.

Axioma deinde est verum ac falsum: verum quando pronunciat vti res est: falsum, contrà. Axioma verum, est cõtingens aut necessarium. Cõtingens, quando sic verum est, vt aliquando falsum esse possit: vt,

Audentes fortuna iuuat. ——

Fac enim id esse hodie verum, cras falsum esse poterit: itaque veritatis huius contingentis iudicium, opinio dicitur: quæ præteritorum & præsentium homini certa esse potest, futurorum per naturam non admodũ potest, quãuis Deo tempora omnia præsentia sint. Itaque Martialis Priscum merito cauillatur:

Sæpè rogare soles, qualis sim, Prisce futurus,
Si fiam locuples, simq; repentè potens.
Quenquam posse putas mores narrare futuros?
Dic mihi, si scias tu leo, qualis eris?

Necessarium, quando semper verum est, nec falsum potest esse: & illud affirmatum appellatur κάτα παντὸς, de omni. Impossibile contrà, quod de nullo vnquam verum esse potest. Axiomata artium sic κάτα παντὸς esse debent, sed præterea homogenia & catholica. Axioma homogeneum est, quando partes sunt essentiales inter se: vt forma formato, subiectum proprio adiuncto, genus speciei. Id appellatur καθ' αὑτὸ, per se. Axioma catholicum est, quando consequens semper verum est de antecedente, non solum omni & per se, sed etiam reciprocè: vt homo est animal rationale: numerus est par vel impar: lupus est natus ad vlulandum, id appellatur καθόλκ πρῶτον, vniuersaliter primum. Tres hæ sunt leges documentorum artis propriorum: prima κάτα παντὸς lex veritatis: secunda καθ' αὐτὸ lex iustitiæ: tertia καθόλκ πρῶτον lex sapientiæ dicatur. Atque eiusmodi axiomatum ita catholicorum iudicium, verissima & prima sententia est.

SCHOLIA.

Facilis est huius capitis doctrina. Attamen Piscator inter cæteros interpretes definitionem veri axiomatis vtpote imperfectiorem corrigere studet. Sed qua quæso ratione? Verum (inquit) axioma est, in quo consentanea consequentiâne componuntur: dissentanea verò vel inconsequentia distinguuntur. Equidem autem perfectiorem hanc esse definitionem & manifestiorem quàm autoris, non facile dixerim. Anaxagoræ enim philosophi enunciatum in libro Ciceronis de natura Deorum, Nix est atra: constat argumentis consentaneis, nempe subiecto & adiuncto: at nihilominus falsissimum est. Similiter, si cum Theogis illis veteribus dicerem, Angeli fecerunt mundum: argumenta consentanea caussam & effectum contingens, falsissima dicerem. Quomodo igitur nostra Piscatoris definitio erit melior? Quomodo perfectior, quàm autoris? Cum non sit catholica aut vniuersaliter vera? Exempla consideranda erant, & res fuisses facta illustrior. Si mihi tale quippiam excidisset, ipse protinus extro

exprobraturus fuisset illud è Galeno libro 4. Methodi: Ridiculus est, qui quidquam affirmat, quod demonstrare non possit. Sed progrediendum ad sequentia: Axioma verum deinceps distribuit Ramus bifariàm, in contingens & necessarium. Nescio autem an satis accuratè diuiserit: quandoquidem paries distributionis cum definito non sunt reciprocè consentaneæ. Caussam si noui sse velis: cogita, contingentiam & necessitatem non minus in falsum quoduis, quam in verum axioma cadere posse. Vt verum axioma: ita falsum quoque vel necessarium vel contingens esse potest ideoque proposita distinctio tam falso, quàm vero axiomati conuenit. Aut igitur textus huius loci ita corrigendus videtur, vt in distributione pro vocabulo Axiomatis, ponatur vtrumque rursus scilicet, vel contingens est, &c. Aut omisso vocabulo Verum, tota distributio antecedenti præponi poterit. Obscurius autem est, quod in autore sequitur: rerum contingentium veritatis iudicium dici opinionem, eámque de rebus præteritis & præsentibus esse certam, de futuris non item. Opinari dicimur ea, quæ non absolutè & simpliciter nouimus: sed quæ quidem nobis talia videntur, cum interim aliter affecta esse possint: quales res sunt hominibus omnes futuræ, item præsentes, pleræque & præteritæ, de quibus dubitamus, vniuersæ. Scire autem iudicamur, quæ quomodo enunciantur, ita verissimè necessarióque se habent. Axiomata igitur, quibus enunciantur res ex opinione nostra veræ, erunt contingenter veræ. Quo dato, quæsiuerim ex autore, quomodo intelligendum sit, quod addidit, opinionem esse rerum præteritarum, quasi verè ita, hoc vel illo modo contigisse, nouimus: aut axiomata, quibus illæ res proferuntur, esse ex opinione vera. Res præteritæ, si eo modo, quo factæ sunt, enuncientur: certè etiam axiomata, quibus proponuntur vera erunt. Et quoniam res eiusmodi mutari nequeunt, nec ipsum etiam axioma mutabile erit. Quod autem immutabile est, illud contingens nec esse, nec rectè, nominari poterit. Temerè enim de eo dubitaremus. Quid igitur vetat, quò minus axiomata, quibus disponuntur res contingentes præteritæ necessaria potius sint, quàm opinabilia siue contingentia? Eiusmodi sunt: Multi homines sunt cæci. Quidam homines sunt eruditi. Tale est illud Dauid percussit gigantem Goliab: axioma est, vbi disponuntur caussa & effectum: rerum

contingentium, sed præteritarum. Hoc autem est verum. Quare? Quia pronunciat vti res verè se habet. Sed éstne ex opinione aut contingenter verum, an necessariò? Historia sacra testatur verissimè illud contigisse, vt de fide eius nulla ratione amplius dubitandum sit. Verum igitur erit semper, nec vnquam falsum. Tale quod est, quî quæso contingens aut opinabile dicetur? Si modò definitio veri contingentis respiciatur. Etiamsi enim factum illud Dauidis antequam ad finem perduceretur, aliter cadere poterat, ideoq; contingens erat: tamen postquam ad exitum est perductum, infectum fieri nequit, eamq; ab caussam veritas etiam eius necessaria manebit. Obseruandum itaque hoc loco, si ex fortuitis & contingẽtibus certo modo quidpiam contigisse enunciatur, illam certi modi assertionem aut facti determinatam veritatem esse æternam, & prorsus immutabilem, adeoq; necessariam. Et quid mirum? In Physiologicis præceptis multa de rebus mutabilibus & contingentibus axiomata proponuntur. Atqui axiomata illa sunt scientificè ac necessariò vera. Dixeris autem, hoc aliud esse, eo quòd notiones illarum rerum vt sunt, ita enunciantur. Attamen dico, res etiam alias contingentes, præsertim præteritas axiomate necessariò disponi posse. Quid igitur dubitas, opinionem certam, quæ dicitur ab autore rerum præteritarum scientiam potius nominandam, & iudicium illarum necessarium potius quàm contingens esse? Textum hunc autoris plenius examinandum interpretibus relinquo. Beurhusius quidem multa hoc in loco commentatur, nec tamen satis rectè inter contingẽtia & necessaria axiomata distinxit. In necessarij proinde definitione, si quid subtiliter declarandum sit, posterior, quæ additur, clausula (nec falsum potest esse) qua in priore etiam continetur, superflua videtur. Quis enim non intelligit, quod semper aut omni tempore verum sit, id nunquam falsum esse posse? Addit autor sub finem ferè capitis specialiter, axiomata artium quomodo informanda & examinãda sint. Explicatis nimirum communibus affectionibus, quæ in vnoquoque entium & non entium axiomate communi disponendo & dijudicando considerandæ veniunt, specialiter deinceps restringit ad artium axiomata, ostendens qualia singula esse debeant. Sed ijs insuper alias proprietates addit, facta mentione axiomatum homogeneorum & catholicorum, quæ species sub antecedentibus generibus non fuerunt comprehensæ. Videri itaque

possunt

possunt notæ quædam axiomatum distinctiones hoc in loco proponi, sicuti hoc ipsum quoque Piscator suspicatur: semper ego hîc uberiorem desideraui distributionem. Prædictæ affectiones siue proprietates, affirmatio, veritas & necessitas, si in eodem aliquo axiomate concurrant, uno nomine illud κατὰ παντὸς dicitur. Hîc accedunt ὁμογένεια & καθολικὴ ἀντιστροφή. Et hæ sunt tres quasi leges omnium informandorum & iudicandorum axiomatum communes. Quamobrem igitur quæuis artium vocantur axiomata? Hoc ipsum est, quod semper improbaui in hoc textu autoris. Si artium solummodò sint propria, doctrina eorum hoc in loco aliena fuerit. Quî autem hoc? Eò n mirum, quòd in his præceptis dispositio & iudicium quorumlibet enunciatorum entis & non entis communiter describendum sit. Attamen hoc datur autori. Deplorandum verò, quàm temerè illarum legum explicatio ab omnibus ferè Aristoteleis philosophis sit exagitata, & multis modis reprehensa, tanquam noua & contra Aristotelis mentem introducta. An non è lectione autorum obseruare potuerunt, ab aliis plurimis ante P. Ramum illas quoque fuisse descriptas & expositas? Aristotelem, inquis, eas tantum restrinxisse ad propositiones syllogismi demonstratiui. At, ego inquam, etiam alios Aristoteleos longè sagaciores hasce tres proprietates omnium theorematum fecisse communes. Et quomodo hoc negare possunt, qui regulas quas vocant, Dici de omni, & Dici de nullo accommodant ad syllogismos primæ figuræ, qui tamen ex omni genere enunciatorum constare possunt. Mirum quoque est, quàm breuiter ploriq; alij Rameæ Logicæ interpretes, præter unum Beurhusium hasce leges tractârint: puto, quòd non satis intellexerint, vt conijcitur ex eo, quòd non accuratè vbique & strictè eas obseruârunt. Quamobrem altius aliquid & vberius de ijs repetendum.

• Omnium artium disciplinarumq; præceptiones siue theoremata, præ cæteris aliarum rerum documentis in primis debent esse κατὰ παντὸς, καθ' αὐτὸ & καθόλου τρόπον, vt nihil in vlla doceatur arte, quin secundum has leges informatum & descriptum sit. Eas enim obseruandas non solùm antiquissima philosophorum schola, sed ipsa etiam natura magistra sapientissimè dictitauit & præscripsit. Nihil in Theologia, Iurisprudentia, Medicina: nihil denique in tota Philosophia præcipi aut enunciari debet, quod non ad præscriptum solummodò harum legum proferatur.

Prior lex dicitur nomine κατὰ παντὸς: *est autem hoc, quo*
non de aliquo & aliquãdò tantum affirmatur, id est, quod de om
& semper dicitur: vt, animal de homine. Galenus in libro d
Optima secta ad Thrasybulum longè ante P. Ramum, si mod
quidquam contra hũc autorem effari liceat, apertius legem illa
definuit: πάντα (inquiens) θεωρήματα ἐχειν δεῖ ὅλως ἀληθ
Omnia theoremata esse oportet totaliter siue vniuersaliter vera
Vident igitur non solùmmodò Ramum, sed alios quoque priore
omnium axiomatum veritatem præcepisse. Quinimò & Me
lanchthon sensum huius legis proposuit in doctrina de Prædica
tione necessaria, itemq; essentiali: quæ vna eademq; licet ab e
distinguatur, prædicandi siue pronunciandi ratio est, nempe ne
cessaria & vniuersalis. Idem verò significãtius ostendit, in duo
bus, quas nominauit, regulis syllogismorum. Ecquid igitur tãdem
hæc regula præcipit? Docet, vt omnia quarumlibet artium præ
cepta sint necessaria, siue necessariò, absolutè, simpliciter, cum
omnem respectum aut exceptionem, vniuersaliter, communiter
veram: nec quidquam admittatur in ijs falsum aliquo modo, aut e
tiam contingens siue fortuitum. Generalia artium theoremata &
constantia, æterna atque perpetuò vera & immutabilia esse de
bent. Grammatica quocunq; sermone describatur, aut quacunqu
lingua explicetur, vna eademq; esse debet, quæ vniuersalibus so
lùm præceptionibus & regulis constet: qualiacunque quorundam
populorum aut nationum idiomata proprietatésue loquendi occu
rant. Istiusmodi enim exceptiones siue anomaliæ vniuersaliter de
scriptæ artis totius constantiam & generalitatem neutiquam im
pedient, si modò regulis generalioribus ritè subijciantur. Ethica
similiter vna eademq; erit de omnibus virtutibus generaliter de
scripta. Physica etiam vna totaliter vniuersalis describi debet
vt maximè etiam res propemodum vniuersæ naturales, sint spe
ciales siue particulares, exq; caducæ & momentaneæ. Theologi
cæ insuper traditiones vniuersæ secundum eandem legem inser
mari debent: nec non Iurisconsultorum quoque scientiam hæc le
respicit. Noui enim & inauditi eorum casus, qui specialiter se
offerunt, minimè obstabunt, quò minus tota iurisprudentia axio
matibus κατὰ παντὸς, *& regulis solùm vniuersalibus* consta
Imò etiam Medicinã ipsam hoc modo describi necessum est, quos
cunq; etiam hisce diebus noui & incõsueti morbi oriantur, a ve
teribus

tribus nõ definiti. Illi enim nihilominus generalibus theorematibus explicari possunt: sed quid multis? Nullius vnquam disciplinæ materia quantumuis arbitraria, siue pro hominum arbitrio aut coniectura mutabilis, siue fortuita sit, aliter tractari debet.

Secundam legem autor nominat ex Aristotele καθ' αὑτὸ, id est, per se, vt axiomata per se insint arti, in qua traduntur. Aristoteles autem definit καθ' αὑτὸ, quæcunq; sunt in ratione, Quid est: essentia enim ipsorum ex his est, & in ratione illa, Quid est, dicente ineſt. Sed qualis hæc descriptio? Per se alicui ineſſe dicit, quæ in eius definitione requirantur. Illa siquidem propriam cuiuslibet rei essentiam proprietatesq; affectiones reddit & declarat. Quamobrem, quæ in definitione rei ponitur, eiusdem cum re definita naturæ & proprietatis, adeoq; eiusdem planè generis sunt, vnde etiam homogenea dicuntur. Quis autem hanc legem primus introduxit? An P. Ramus? Non certè. Aristoteles & alij quoque ante Ramum hanc tradiderunt. Quis verò hanc legem omnium axiomatum communem fecit? Aristoteles enim ad enunciata demõstratiui syllogismi retulit. Aristoteleus interpres Galenus præter alios omnia axiomata talia esse vult, vbi præcedēti legi addit: ἀναλύεσθαι τοὺς ἀποδεικτικοὺς ἀρχοὺς εἰς τὸ δεῖ πάντα ὁμολογούμενα, consequentia siue cohærentia & consentanea præsuppositis principijs esse oportet omnia theoremata. Quid igitur Rameam legem vituperas ceu nouam & minimè philosophicam? Multi etiam alij eandem proposuerunt, quicunque nimirum præceptorum & documentorum proprietatem præscripserunt: docentes, ea tantum in artibus præscribenda esse, quæ non sint κάρφεα, sed ad rem proxime faciant. Ecquis autem hoc ipsum reprehendet? Quis artium confusionem approbabit? Obseruandum verò καθ' αὑτὸ, siue homogenia eiusmodi esse duplicia. Alia absolutè aut simpliciter, alia quodammodo rei alicui insunt siue consentiunt. Absolutè, vt genus generis, differētiæ & species vniuersæ, quæ symbola sunt caussarum & effectorum consensionis. Quodammodo autem, vt illorum proprietates, & adiunctæ generi generisq; differentijs per se insitæ qualitates. Ex quo satis opinor, liquet omnia artiũ theoremata atque præcepta singula esse oportere homogenea, hoc est, eiusdē cõsensionis, vt inter se cohæreant ita, quemadmodũ caussæ & effectæ, vel subiectæ & adiunctæ. Facilimè itaq; aliud etiam cõsectarium inde extructum intelligi potest: nempe, ne vel vnum

aliquod præceptum in arte ponatur, quad in alia quadam sit tradi-
tum, cum omnia eundem semper finem respicere necessum sit.

Tertia lex dicitur καθόλε πρῶτον, vniuersaliter primum. De-
finitur hoc ab Aristotele: quod in omni & per se ineſt, & qua-
tenus ipsum, siue quod primùm de omni dicitur. De omni auten
dici, commune est legis κατὰ παντὸς, quæ hoc ipso sensu etiam ca-
tholica vocatur. Per se, quod additur, cõmune est legis καθ' αὐτὸ
Huius verò proprium est, omnium primò ineſſe: addita autẽ par-
ticula πρῶτον, hanc differentiam ostendit. Homo est animal bi-
pes: axioma est κατὰ παντὸς. Homo est ratione præditus, es
κατὰ παντὸς, & iuxtà καθόλου πρῶτον. In axiomate igitur ca-
tholico tria requiruntur: omni, & per se, & primò ineſſe: vt, qui
præcipiunt omnia talia esse debere, velint illa esse vniuersaliter
de omni, & per se, & omnium primò vera. Quare mirum poſſit
videri, quid ijs in mentem venerit, qui distinctè duas etiam an-
tecedentes leges in artium descriptionibus requirunt. An non, in-
quies, si artium enunciata sunt καθόλου πρῶτον, erunt etiam
κατὰ παντὸς & καθ' αὐτὸ? Esto sanè: negari enim haud pote
Et nodus huius solutionis difficilis. Si enim ad artiũ theorema
tãtũ hæ affectiones pertineant: vnica lex sufficere poterat tertia
Quid igitur? Multa, dixeris, sunt κατὰ παντὸς, quæ non sin
καθόλου πρῶτον. Sed hoc, inquam, si de artibus quoque accipien
dum esse velis: autor negabit, qui omnia pariter & singula ar
tium axiomata, vult esse vniuersaliter prima. Et si de aliarum
quoque rerum enunciatis intelligendum sit: ne sic quidem sati
defendi poterit, singulas hasce affectiones omnium omninò axio
matum esse communes. Negari quidem non potest, in vsu differẽ
di omnia enunciari & proponi debere κατὰ παντὸς & καθ' αὐτὸ
Atqui in eodem vsu plurima se nobis offerunt, quæ vt maxim
talia sint, καθόλε πρῶτον tamen, siue reciprocè dici nequean
Lex igitur hæc tertia non erit omnium axiomatum communis af
fectio. Et hoc vt explicetur, adferẽda erit melior distributio, qu
euidentius distinguantur in catholica siue conuertibilia & in
conuertibilia. Quomodo verò concludendum? Hoc scilicet vo
lo: hoc interpretibus etiam plenius discutiendum relinquo in ho
textu. Aut vnam esse artium informendarum legem hîc definien
dam, hanc puto, quæ tertia dicitur. Aut si tres distinctæ propte
aliarum rerum enunciationis distinctionem simul sint retinendæ

tertia

certiam legem, dico, non esse omnium enunciatorum communem, & hac ratione immeritò inter communes axiomatum affectiones ab autore recenseri. Non certè putādum secundum tres leges tres plicia esse artium axiomata, sed vnum idemq; eorum genus, quod vno nomine dicitur καθόλου πρῶτον. Vt enim, quod κατὰ παντὸς vocatur, significat & in se continet verum, necessarium, affirmatum: sic verum deinceps καθόλου πρῶτον sub se comprehendit id, quod est κατὰ παντὸς, itemq; homogeneum atque reciprocum. Et hoc cum sit, quid opus est tres nominare aut præscribere leges, vna tantum sufficiente? Quamobrem, si quæsierit ex me quis quam, quot sint artium informandarum leges aut modi: respondeam velim, vnam solummodò legem requiri. Vt autē obscuritas eiusmodi in textu etiam intelligi possit, malim post explicationem necessarij axiomatis duas etiam reliquas distinctiones communium affectionum insuper addi. Primò, axiomata omnia esse homogenea vel heterogenea. Deinde, omnia esse conuertibilia aut inconuertibilia. Vbi definito axiomate deinceps conuertibili, vel vno verbo explicatissimè addi posset. Et talia in primis debēt esse artium axiomata. Vtut autem sit, ratum hoc & firmum habeatur, legem καθόλου πρῶτον absque vlla exceptione in vniuersis omnīū disciplinarum præceptis studiosissimè seruandam esse: adeò quoque, vt in quacunque arte axiomata occurrant, quæ non sint secundum eam informata, illam minus logicè descriptam esse flaguendum sit, nec præcepta eius rectè cohærere. Ineptissima enim eorum sententia est, qui reseruatis duabus tantum prioribus legibus, tertiam hanc non posse in omnium artium præceptionibus, præsertim verò Geometricis obseruari contenderunt: vt Bernh. quidam Salignacus in schola nostra Corbachiana docuit. Quænam igitur, quæris, vera huius legis sentētia est? Aristoteles ipse docet, καθόλου πρῶτον idem esse, quod τὸ ἀντιστρεφον, reciprocum aut conuertibile, cuius partes inter se æqualiter conuerti queant. Cum verò satis manifestum sit, generalia generalibus tantum, & specialia similiter specialibus æqualia esse, ideoq; hæc solùm inter se reciprocari: intelligitur tum denique proposita lege obseruari, si generalia generaliter, specialia verò specialiter enuncientur eiusmodi siquidem axiomata optimè cōuerti poterunt. Et stolidum omninò indicetur, ea quæ vnius pluriúmue specierum propria sunt, de toto genere communiter enunciare velle: aut quæ

generalia sunt, de vna aliqua tantùm specie seorsim pronunciari sinè docere. Quapropter, quòd lex nominata istam soliditatem caueat, lex sapientiæ vocatur. Et hoc sensu Galenus eandem legem describens: Omnia (inquit) oportet esse vtiliter siue eruditè & sapienter tradita. Verum enimuerò, obijcis, si hæc sit legis positæ sententia, vt generalia generaliter, specialia specialiter disponantur, omninò iudicabitur superflua, eo quòd proprium hoc videatur methodi præceptum. Et noui, qui arctissimè hoc defendere velient: legem κανόνα πρῶτον non axiomatici, sed potius methodici iudicij regulam esse: alij etiam docent, non solummodo materiam axiomatum, sed simul formam in ista lege definiri. Sed quid, quæso, hîc methodicum? Materia singulorum axiomatum secundum legem definitam dijudicanda, vt consideretur, quomodo singula axiomata per se sint dispositia: nempe, generalia generaliter tantum, specialia specialiter enunciabuntur. Hîc autem ratio nostra suas vires absque vllius ordinis etiam consideratione exercet. Quòd si methodicum quoque iudicium accedere debeat: lex alia, eaq; methodicæ dispositionis propria sancit ac docet, quænam ex istis generalibus aut specialibus antecedere siue consequi debeant. Aliorum enim iudicium aliud hîc indicat, quod ipsum sanè diuersum planè est à iudicio axiomatico.

CAP. IIII.

De axiomate simplici.

Atque hæc de communibus axiomatis affectionibus, species sequuntur. Axioma, est simplex aut compositum. Simplex est, quod verbi vinculo continetur: itaque affirmato vel negato verbo, affirmatur vel negatur: vt, Ignis vrit: Ignis est calidus: Ignis non est aqua: hîc (ignis) est antecedens: vrit, consequens. Atque hîc prima est inuentarum rerum dispositio, caussæ cum effecto, vt in primo exemplo: subiecti cum adiuncto, vt in secundo: dissentanei cum dissentaneo, vt in tertio: quomodo argumentum quodlibet enunciari potest (exceptis plenis comparationibus & distributionibus) consentanea quidem affirmando, dissentanea negando.

Axioma simplex, est generale aut speciale. Generale quando cõmune consequens attribuitur generaliter com-

mun

muni antecedenti: atque hîc contradictio non semper diuidit verum & falsum, sed contingentium vtraque pars falsa potest esse, vt:

Omnis in vrbe locus Baijs præluceat amœnis.
Nullus in vrbe locus Baijs præluceat amœnis.

Item non contingentium, vt: Omne animal est rationale: Nullum animal est rationale.

Axioma speciale est, quando consequens specialiter antecedenti attribuitur: & hîc contradictio semper diuidit verum à falso. Speciale, est particulare aut proprium. Particulare, quando consequens commune antecedenti particulariter attribuitur huic autem axiomati generaliter contradicitur.

Aliquid ignoscendum est:
Nihil ignoscendum est.
Aliqua clementia non est laudanda:
Omnis clementia est laudanda.

Axioma proprium est, quando consequens antecedenti proprio attribuitur: vt Fabulla est bella; cuius negatio & contradictio est, Fabulla non est bèlla.

SCHOLIA.

Simplicissima disponendi ratio hæc est, quando simplex quædam sententia vinculo verbi alicuius disponitur: quod vinculum verbo plerunque substantiuo comprehenditur, aut sæpè cuilibet etiam alteri includitur. Omnia autem argumenta huius dispositionis generi subiecta sunt, præter explicatas, vt autor addit, comparationes & distributiones. Hæc enim duo tantum argumenta simpliciter enunciari nequeunt: quia non vna est simplex sententia, sed multiplex potius ijs disponitur, aut variæ sententiæ simul componuntur. Atqui hæc mihi considerantí in mentem venit quoque diuersorum: quæ & ipsa non vnam solummodò simplicem, sed vt plurimùm geminam aut multiplicem arguunt: vt, si ex diuersis dicatur:

Non formosus erat, sed erat facundus Vlysses.

In hoc axiomate disponuntur duæ sententiæ: nempe deformem esse Vlyssem, & facundum esse Vlyssem. Axioma igitur non simplex, sed compositum hoc erit. Cur igitur autor argumentum illud diuersorum non etiam excepit? Certè si absolutè omnia trà-

denda sunt, & hoc præcedentibus duobus addere necessum er-
» *vt in textu legatur, Exceptis diuersis, itemq; plenis comparatio-*
» *nibus ac distributionibus. Definitioni porrò generalium axioma-*
tum autor subijcit, cõtradictionem in his non semper diuidere ve-
rum & falsum. Hoc est, in contradictorijs generalibus non neces-
sariò alterum verum esse oportere, alterum verò falsum: quod sa-
» *pè vtraque pars eorum falsa esse possit. Planè autem ignoro, an*
» *rectè hoc positum sit à P. Ramo. Natura enim contradictionis,*
quæ communis est & generalis omnium axiomatum, affectio non
videtur hoc ipsum ferre. Est enim eiusdem rei alicuius subiectæ
affirmatio pariter & negatio, quomodocunque res illa determi-
netur aut definiatur. Quòd si igitur idem planè de eodem in vno
axiomate affirmetur, in altero negetur: nulla ratione vtrunque il-
lud axioma simul verum, aut simul falsum esse poterit. Sed contrà
potius, alterum verum, alterum falsum. Omne videlicet tam affir-
matum quàm negatum axioma vel verum est, vel falsum: propter
naturam oppositorum aduersorum, quæ nunquam possunt simul in
eodem subiecto inesse. Vbi itaque positum aliquid fuerit verum,
aut tanquam verum: eius contradictorium statuetur & erit fal-
sum, & vicissim. Obseruandum verò in omni contradictione,
eandem cuiuslibet subiecti determinationem ijsdem quoque sym-
bolis esse retinendam. Quo intellecto, quis non etiam protinus
videret, exempla generalium contradicentium hoc in loco non
rectè posita esse ab autore? In priori affirmatur de omni vrbis
loco, eum Baijs prælucere amœnis. In contradictorio igitur hu-
ius affirmati idem de eodem isto, videlicet de omni loco nega-
bitur, præposita negandi particula. Quòd si obseruatum fuisset
in textu, specialis potius contradictio, quàm generalis posita es-
set, vt legeretur: Non omnis in vrbe locus, &c. quod idem
sonat, ac si dicerem: Quidam in vrbe locus, &c.

Similiter in sequentis exempli contradictorio enunciandum
fuisset: Non omne animal est rationale. Nec enim vsus differendi
aliam contradicendi rationem in generalibus enunciatis admit-
tit: vt si dicam, Omnis homo sapiens est. hîc subiecti determi-
natio est in vocabulo Omnis. Si itaque huius contradictorium
ponendum sit, idem illud subiectum eodem quoque, quo prius po-
situm & intellectum fuit, modo determinatum negabitur, addita
vna saltem particula negandi, vt dicam: Non omnis homo sapiẽs
est,

ſt, & ſic de cæteris. Miror Ramum ipſum hoc non attendiſſe, nec nterpretes erratũ eius animaduertiſſe. Lex enim καθόλε πρῶτον ndicare poterat, id quod omnium axiomatum eſſet commune, de ac ſpecie prima ſimplicium axiomatum non eſſe negãdum. Spe- iale porrò axioma diſtribuitur in particulare & proprium: vbi amen non neceſſium videtur hanc diſtributionem ita nominatim oni, quòd vnum idemq; genus ſpecialium axiomatũ eſſe putem. t tamen proprij etiam, quod ſubijcitur, natura & ratio explice- r, particularis axiomatis definitioni breuiſſimè addi poteſt: & oc antecedens, ſi ſpecialiſſimum ſit, axioma proprium dicitur.

CAP. V.

De axiomate copulato.

Axioma compoſitum eſt, quod vinculo coniunctionis ontineturitaque è coniunctione affirmata vel negata af- rmatur vel negatur. Contradictionisq; pars vera eſt, pars lſa. Enunciatum compoſitum, eſt pro ſua coniunctione ongregatiuum aut ſegregatiuum: congregatiuum enun- at omnia conſentanea affirmando, omnia etiam diſſen- nea negando. Eſt verò copulatum aut connexum: Copu- tum, cuius coniunctio eſt copulatiua, vt 1. Æneid.

Vnà Eurusq; Notusq; ruunt, creberq; procellis
Africus. ——

Hîc igitur negatio erit & contradictio:

Non vnà Eurusq; Notusq; ruunt, creberq; procellis
Africus. ——

Verùm enunciati copulati iudicium pendet ex omnium artium veritate, falſum ſaltem ex vna parte falſa. Huic eneri affine eſt enunciatum relatæ qualitatis, cuius con- nctio eſt ipſa relatio. 3. Eclog.

Tale tuum carmen nobis diuine poëta,
Quale ſopor feſſis in gramine. ——

Hîc copulatum iudicium eſt, tanquam diceretur: So- r eſt feſſis gratus, & ſic tuum carmen nobis gratum eſt: ius negatio,

Non tale tuum carmen nobis diuine poëta,
Quale ſopor feſſis in gramine.

SCHOLIA.

Proprietas axiomatis compositi describitur ex vinculo coniunctionis. Principale enim vinculum axiomatis compositi cuiuslibet, est coniunctio, qua partes axiomatis connectuntur. In hoc autem axiomatum genere autor ostendit talem contradicendi rationem & tale iudicium, vt partem vnam contradictionis veram habeat, alteram verò falsam. Sed ex antecedente capite intellectum fuit, in omni omnium axiomatum contradictione hoc indicandum esse, vt pars altera vera sit, altera verò falsa. Non igitur vni tantum huic speciei illud attribui potest. In explicanda proinde copulato axiomate docere pergit autor, eandem esse tam disponendi, quàm indicandi rationem seruandam in enunciatis relatæ qualitatis, quæ obseruetur alicquin in copulato quelibet. Vbi tamen legi mallem generaliore vno vocabulo, Enunciatum relatiuum: quia non tantum qualitas relatiua, sed quamlibet etiam, & alia quælibet relatio, qua partes axiomatis principaliter connectuntur, hoc loco intelligenda venit, vt è subiectis exemplis facilè obseruari potest. Cum enim dicitur à Catullo, Tam pessimus omniũ poëta, quantò tu optimus omnium patronus: Axioma est relatiuum, cuius partes symbolis relatiuis istis, Tam quantò copulantur eodem sensu. quasi diceretur: Et Cicero est optimus patronus, & Catullus pessimus poëta. In omnibus autem eiusmodi axiomatibus obseruandum, si vera fieri debeat contradictio: particulam negandi toti contradictorio præponendam esse, vt totum principale vinculum antecedat.

CAP. VI.

De axiomate connexo.

Axioma connexum, est congregatiuum, cuius coniunctio est connexiua, Si: vt 2. Æneid.

—— Si miserum fortuna Sinonem
Finxit, vanum etiam mendacemq́ improba finget.

cuius negatio est,

—— Non si miserum fortuna Sinonem
Finxit, vanum etiam mendacemq́ improba finget.

Coniunctio etiam hæc interdum negatur apertiùs, negando consequentiam, vt pro Amer. Non continuò si m

in

in ſicariorum gregem contuli, ſicarius ſum. De fato: Nec ſi omne enunciatum verum eſt aut falſum, ſequitur illicò cauſas eſſe immutabiles. Affirmatio enim ſignificat, ſi ſit antecedens, etiam conſequens eſſe. Negatio itaq; & contradictio ſtatuit, ſi ſit antecedens, nō ideo conſequens eſſe. Quare cum iudicabis connexum abſolutè verum eſſe, neceſſarium quoque iudicabis: & intelliges hanc neceſſitatē è neceſſaria partium connexione oriri, quę ipſa poteſt eſſe vel in falſis partibus: vt, Si homo eſt leo, eſt etiam quadrupes, neceſſarium connexum eſt. At ſi connexio ſit contingens, & pro ſua tantum probabilitate ponatur, iudicium eius tantùm opinio fuerit: vt Terentius in Andria,

Pamphile, ſi id facis, hodie poſtremum me vides.

Connexo axiomati affinis eſt iſta conſequentiæ relatio: vt, Cùm Tullius ſit Orator, eſt etiam peritus bene dicēdi.

SCHOLIA.

Connexa axiomata ſunt, quorum partes ob certam quandam conditionem connectuntur, id quod ſit coniunctione connexiua, quam ob hoc etiam conditionalem vocant: eiuſmodi autem coniunctionis vim & congregandi rationem conſequentiæ etiam relatio obtinet, & quæ dicitur relatio temporis: qualem continent ſymbola, Tandiu, quandiu, &c. Vtraque igitur iſta huc referenda, vt relatiua illa axiomata eodem modo diſponantur atq; iudicentur, quo cōnexa ſimpliciter dicta iudicantur. Quale axioma eſt illud vulgatum Platonis: Tum denique beata erit Reſpublica, cum ſapientes ad eius gubernacula ſedebunt. Itē: Tandiu gratus eris, quandiu te liberalem præbebis. Iſta enim ſymbola omnia vim habent connexiuæ coniunctionis.

CAP. VII.

De axiomate diſcreto.

Axioma ſegregatiuum eſt, cuius coniunctio eſt ſegregatiua: ideoque argumenta diſſentanea enūciat. Enunciatum ſegregatiuum, eſt diſcretum aut diſiunctum. Diſcretū, cuius coniunctio eſt diſcretiua. Itaque è diſſentaneis præcipuè diuerſa enunciat. 5. Tuſc. Quanquam ſenſu corporis iudicentur ad animum referri tamen: cuius negatio & cō-tradictio eſt, Non quanquam corporis ſenſu iudicentur,

tamen ad animum referri: vel, Quanquam ſenſu corporis iudicentur, non tamen ad animum referri. Nam, Tamẽ, eſt hic coniunctio præcipua. Diſcretũ enunciatum iudicatur eſſe verum & legitimum, ſi partes non ſolùm veræ, ſed etiam diſcretæ ſint: falſum vel ridiculum contrà.

SCHOLIA.

Axiomate diſcreto enunciantur ſententiæ, quæ inter ſe diſcretiua coniunctione diſcernuntur, & ratione quidem ſola potius quàm reipſa. Coniunctiones autem diſcretiuæ hoc loco intelligũtur, tum quæ à Grammaticis ita nominantur, tum mentis & ſententiæ etiam interioris, quales ſunt: Non hoc, ſed illud: Quanquam tamen: vt maximè: etſi, tametſi, &c. Hoc igitur axiomate enunciabuntur argumenta potiſſimùm diuerſa, quæ ſola ratione diſcernuntur. In eius autem contradictione obſeruandũ, vt ſymbolum coniunctionis aut totum, aut ſaltem principalioris, qualis eſt particula, Tamen, negetur. Illud fit, ſi toti axiomati negatio præponitur: hoc autem, vbi in medio interpoſitum coniunctioni poſteriori præmittitur, vt in exemplo authoris poſteriore.

CAP. VIII.

De Axiomate diſiunctio.

Axioma diſiunctum, eſt axioma ſegregatiuum, cuius coniunctio eſt diſiunctiua, vt 1. Georgicorum:

Illic vt perhibent, aut intempeſta ſilet nox
Semper, & obtenta denſantur nocte tenebræ,
Aut redit à nobis aurora, diemq; reducit.

De Fato: Omnis enunciatio, eſt vera aut falſa. hic ſignificatur, è diſiunctis vnicum verum eſſe. Negatio igitur erit & contradictio. Non omnis enũciatio eſt vera aut falſa. Et contradictione ſignificatur, non neceſſariò alterutrum verum eſſe. Nam ſi diſiunctio abſolutè vera eſt, eſt etiam neceſſaria: parteſque diſiunctæ ſunt oppoſitę ſine vllo medio. Veruntamen, quamuis abſolutè vera diſiunctio, neceſſaria quoque ſit: tamen nihil neceſſe eſt, partes ſeparatim neceſſarias eſſe: vt, Homo eſt bonus vel non eſt bonus, diſiunctio neceſſaria eſt: & tamen, Homo eſt bonus, non eſt enunciatio neceſſaria. Item, Homo non eſt bonus, non

eſt

est enunciatio necessaria: sed disiunctionis necessitas pendet è necessaria partium oppositione & disiunctione, non ex earum necessaria veritate. Disiunctio autem plerunque est ex conditione, vt si quæratur, Vtrum Cleon venerit, an Socrates: quia ita pactum sit alterutrum tantùm venturum esse. Itaque si disiunctio sit contingens, non est absolutè vera, & tantùm opinabilis est: qualis est frequenter in hominum vsu. Ouid. in Epistola Leandri,

Aut mihi continget fœlix audacia saluo,
Aut mors solliciti finis amoris erit.

SCHOLIA.

Et hoc caput non eget multis verborum explicationibus. Disiunctiua coniunctio, Aut, ve, vel & similis aliqua proprietatem disiuncti axiomatis constituit.

Vellem tamen distinctius ab authore additum, quænam maxime argumentorum dissentaneorum genera hoc axiomate disponantur: quia generaliter superius docuerat, dissentanea præcipuè segregatiuo axiomate disponi. Itaque hoc in loco specialiter etiam monendum, quænam ex illis hac specie possint disponi: & quomodo disiunctiones pluribus quàm duabus partibus constantes iudicandæ sint. Aduersa autem argumenta in primis hoc modo enunciantur, & symbola illorum distributiones bimembres. Disiunctio autem omnis absolutè vera, etiam necessaria est: nec tamen inde sequitur aut requiritur, partes separatim necessarias esse. Dependet enim necessitas disiuncti axiomatis è necessaria partium oppositione, & non è singularum veritate necessaria. Ex pacto & cum conditione facta disiunctio tantum opinabilis est. Rectius autem de hac contingente disiunctione in textu tradidisset author, antequam præciperetur aliquid de disiunctione plurium partium: hæc enim tam necessaria, quàm contingens esse potest. Et si partium contingens erit disiunctio, contingentiùs disiunctorum modo iudicabitur totum axioma.

CAP. IX.

De Syllogismo, & eius partibus.

Atque eiusmodi iudicium est axiomaticum axiomatis per se manifesti, sequitur dianoëticum. Dianoia est, cùm

aliud axioma ex alio deducitur: estque syllogismus aut methodus. Syllogismus est dianoia, qua quæstio cum argumento ita disponitur, vt posito antecedente necessariò concludatur. Nam cum axioma dubium sit, quæstio efficitur, & ad eius fidem tertio argumento opus est cum quæstione collocato. Syllogismi antecedens partes duas habet, propositionem & assumptionem.

Propositio, est prima pars antecedētis, qua tota quęstio, vel quæstionis saltē consequens cum argumento disponitur: Assumptio, est secunda pars antecedentis, quæ assumitur è propositione. Syllogismi autem pars consequens est, quæ complectitur partes quæstionis, eamque concludit: vnde complexio & conclusio dicitur. Si qua pars syllogismi defuerit, enthymema dicitur: si quid præter illas tres partes accesserit, prosyllogismus. Partium etiam ordo sæpè confunditur: attamen si qua dubitatio propterea fuerit, explenda quæ desunt: amputanda, quæ supersunt: & pars quælibet in locum redigenda est.

SCHOLIA.

Examinauimus huc vsque priorem iudicij speciem: sequitur iudicium dianoëticum. Quandocunq; argumenta ad disponendū iudicandúmue proposita per se simplici sua dispositione manifesta fiunt, aut fidem merentur, vt ad dispositum eorum axioma ita vel non respondere possit: ea secundum regulas axiomaticæ dispositionis iudicare sufficerit. At verò si in dubium vocentur, vt mens nostra ijs non velit acquiescere: tum alio pleniore discursu vtendum, & alia copiosiore iudicandi ratione, vt ex manifestiore aliquo antecedente aliud quod volumus, deducatur. Dianoëticum igitur iudicium sequitur doctrinam axiomatici nobis haud satisfacientis. Quamobrem etiam hoc nomine appellatur, quòd quasi ex noëtico originem trahat. Noeticum enim antecedit, adeoque fundamentum atque principium est dianoëtici. Vbi vero plura axiomata hoc modo disponuntur, duo potissimum considerandа sunt, videlicet consequentia eorum, aut inconsequentia: deinde ordo, siue huic contraria confusio. Vnde duæ iudicij dianoëtici species oriuntur: Syllogismus & Methodus. Syllogismus autem, est dianoëtica dispositio quæstionis cum argumento, vbi posito antecedente necessario concluditur.

Materia

Materia igitur ſyllogiſmi erit quæſtio dubia. Sed ſpecialiter eſſe dixeris hoc ſubiectum: cum omnium quoque præceptorum logicæ ſubiectum ſit quæſtio non tantùm dubia, ſed quælibet etiam alia: imò nec quæſtio ipſa, ſi rectius loqui velimus, ſed omnis res extra quæſtionem poſita. Quæſtio itaq; intelligitur omne axioma, de quo mens noſtra dubitat.

CAP. X.

De Syllogiſmo ſimplici primo, eiuſque contractione.

Syllogiſmus, eſt ſimplex aut compoſitus: Simplex, vbi pars conſequens quæſtionis eſt in propoſitione: pars antecedens in aſſumptione: eſtque affirmatus, è partibus omnibus affirmatis, negatus, è negata antecedentium partiũ altera cum complexione: generalis, è propoſitione & aſſumptione generalibus: ſpecialis, ex altera tantum generali: proprius, ex vtraque propria. Simplicis ſyllogiſmi genera ſunt duo, primum & ſecundum. Primum, quando ex argumento antecedente in propoſitione, vt libet in aſſumptione affirmatè, complexio ſpecialis efficitur, vt in his exemplis:

AFFIRM. GENERAL.

Conſtantia eſt virtus:
At eſt confidentia:
Quædam igitur confidentia eſt virtus.

NEG. GEN.

Audacia non eſt virtus:
At eſt confidentia:
Quædam igitur confidentia non eſt virtus.

AFFIR. SPEC.

Sapiens eſt laudabilis:
At quidam eſt pauper:
Quidam igitur pauper eſt laudabilis.

NEG. SPEC.

Stultus non eſt beatus:
At quidam eſt fortunatus:
Quidam igitur fortunatus non eſt beatus.

AFFIR. PROP.

Socrates eſt Philoſophus:
At eſt homo:
Quidam igitur homo eſt Philoſophus.

NEG. PROP.

Therſites non eſt Philoſophus.
At eſt homo:
Quidam igitur homo non eſt Philoſophus.

Verùm pro iudicij claritate vſus contractione hîc ferè contentus eſt. Fit autem contractio, quando argumentũ pro exemplo ita ſubijcitur particulari quæſtioni, vt vtramque partem antecedẽs & aſſumptione affirmatum intelligatur.

Quædam confidentia eſt virtus, vt conſtantia.
Quædam confidentia non eſt virtus, vt audacia.

Hîc enim argumentum, quæſtionis vtramque partem antecedere intelligitur, tãquam eſſet expreſſum, Conſtantiam eſſe virtutem & confidentiam: ideoque quandam confidentiam eſſe virtutem: item, Audaciam non eſſe virtutem, & tamen eſſe confidentiam: ideóq; quandam confidentiam non eſſe virtutem. Sic vſus diſſerendi, magiſter ſyllogiſtici iudicij contrahitur, nec aliter explicatur. Atque iſta expoſitio principium ſyllogiſmi partibus explicati ab Ariſtotele efficitur, tanquam per ſe pleno ſyllogiſmi iudicio ſit clarior & illuſtrior.

SCHOLIA.

In hoc capite explicando vellem ipſum mihi coram adeſſe Ramum. bellum enim paratum eſt acerrimum. Et video interpretes hoc non animaduertentes, impoſito quaſi ad Regium mandatum ſilentio tacuiſſe. Mihi igitur diſſerendum & pugnandum pro veritate. Quod ſi conabor, totam huius capitis doctrinam de ſyllogiſmo contracto contra legem κατὰ παντὸς traditam eſſe demonſtrabitur. Cum Valla aliquando diſſeruiſſet, tertiam figuram Ariſtotelis, quæ hic contracto genere includitur, inutilem & ſuperuacuam eſſe: argumento demonſtrans, quod explicatos huius figuræ ſyllogiſmos, quales ab Ariſtoteleis ponerentur, vſus diſſendi nullos omnino daret. Author noſter id genus ſyllogiſmorum retinendum eſſe docuit, quòd vt maximè in vſu haberi non poſſent

possent, ars tamen eos explicare posset. Sed tandem saniore iudicio perpendens, quæ in vsu demonstrari non possent, ea nec in præceptis describenda esse: ob exempla contractiore syllogismo dispositia, totum genus eorum contracti nomine vocauit ac definiuit. argumentum demonstrationis verum est. Ars omnis, ex vsu naturali describenda est: vt mirum planè videri possit, si verè dixeris Makilmeneus quidam interpres, si ex iussu Petri Rami contracto huic generi exempla explicatorum syllogismorum subiecisse. Quorsum enim opus est in præceptis logicis ostendere, quod vsus non admittit? Ego certè persuaderi mihi non patior, vt credam hanc autoris nostri fuisse voluntatem: præsertim cum definitionem contractorum, & exempla priora quoque contracta nonnulla in textu retinuerit. Syllogismi huius generis solummodo contractè dispositi habentur. Attamen exempla eorum mihi reſoluenti, & diligentius examinanti, dubium visum fuit, an hi syllogismi rectè hoc nomine dicerentur: an in contractis hisce exemplis syllogistica dispositio obseruaretur, qualis in generali syllogismorum definitione præscribitur & explicatur. Syllogismus explicatus est, vt definitur ab autore, & subiectis exemplis illustratur, in quo particularis aliqua quæstio, subiecto aut addito exemplo speciali exponitur & arguitur: quandocunque videlicet propositam quæstionem particularem arguimus, adducto specialiore exemplo, vt cum dicitur: Quædam confidentia est virtus: vt constantia. Hic particularis quæstionis exemplum adfertur ex argumento distributionis specierum, quo illa plenius declaretur. Constantia enim species est confidentiæ. Et hæc nuda est sine simplicissima arguendi ratio, vbi speciale aliquid specialiore argumento simpliciter declaratur. Quamobrem ipsi etiam autori in fine capitis eiusmodi syllogismus expositio dicitur, quod simpliciter posita quæstio subiectis exemplis exponatur & explicetur extra vllam quoque dianoëticam cellocationem: quæ hic non admodum requiritur, eo quòd specialia satis plerunque nobis manifesta sub iudicium syllogisticum non cadãt. Quare igitur syllogismus nominatur, si absque dianoëtica dispositione tale quæstionum genus per argumenta exemplaria declaretur? An quia quæstioni specale exemplum subijcitur? Sed hac ratione omni etiam aliorum argumentorum generi singulare aliquod exemplum additur, vt cum Ouidius dissereret, Virtutem

ſuæ coniugis ſeſe exulante inclareſcere poſſe: hanc ſuam theſin tribus ſpecialibus exemplis exponebat, Hectoris, Tiphyos & Apollinis, qui temporibus aduerſis potiſſimum eluxerunt. Nec alia prorſus eſt in his ſyllogiſmis arguendi ſiue quæſtiones exponendi ratio, quàm cum alij argumentantur ab exemplo: quod hanc ob cauſſam inter ſpecies argumentationis recenſentur, vbi ſingulare quippiam exemplo ſpecialiore demonſtatur. Et hæc quia nullam requirit pleniorem diſpoſitionem, in præceptis de ſyllogiſmo à noſtris omiſſa, inuentionis ſubijcitur particulis, preſertim vtrò diſtributioni ex effectis. Quid igitur cogitaſti Rame, quod particularium quæſtionum expoſitionem, quam contracto ſyllogiſmo ſubijcis, non etiam eodem argumento, quo exemplum reijcitur, ex agro ſyllogiſtico exterminaſti? Quod ſi illius doctrina ſit inuentionis propria, huius certè expoſitionis contractæ ratio, eiuſdem quoque partis omnino propria erit. Eadem enim vtrobique ratio eſt. Nullum argumentum dabitur, quo præſentis capitis materia demonſtrari poſſit. Si enim certa hîc ſyllogiſmorũ ſpecies ſit, ea vtique per ſingularem aliquam formam definienda eſſet: Atqui nulla talis traditur: Itaque & illud quod ante diximus, ratum & indubitatum manebit. Sin verò ex eo formam certam arripere velis, quod mente aut intellectu, eiuſmodi diſpoſitio cogitari poſſit: ne ſic tamen definitio data defendi poterit. Mentis enim collectio quæ naturalis Logicæ propria eſt, & artificiali vſu etiam externo ſermone vſurpari non poteſt: ea nequaquam in præceptionibus artis explicabitur.

CAP. XI.

De Syllogiſmo ſimplici ſecundo.

In ſyllogiſmo ſimplici ſecundi generis, propoſitio eſt generalis aut propria, & cõcluſio ſimilis antecedenti aut parti debiliori: Species duæ ſunt, prima vbi argumentum ſemper ſequitur, negatum in altera parte.

GEN. I.

Turbatus non bene vtitur ratione:
Sapiens bene vtitur ratione:
Sapiens igitur non eſt turbatus.

Hoc iudicium ita fit à Cic. 3. Tuſc. Et quemadmodum (ait) oculus conturbatus non eſt probè affectus ad ſuũ munus

nus fungendum:& reliquæ partes totúmque corpus à sta- «
tu cum est motum,deest officio suo ac muneri: sic contur- «
batus animus non est probè affectus ad exequendum mu- «
nus suum Munus autem animi,est ratione vti:& sapientis «
animus ita semper affectus est, vt ratione optimè vtatur: «
nunquam igitur est perturbatus. «

GEN. 2.

Res mortalis est composita:
Animus non est compositus:
Animus igitur non est mortalis.

Cic. 1. Tusc. hoc syllogismo iudicat animum immorta- «
lem esse. In animi autem cognitione (inquit) dubitare nõ «
possumus, nisi forte in physicis plumbei sumus, quin nihil «
sit animis admixtum, nihil concretum, nihil copulatum, «
nihil coagmentatum,nihil duplex.Quod cùm ita sit, certè «
nec secerni,nec diuidi nec discerpi,nec distrahi potest:nec «
interire igitur. Est enim interitus, quasi discessus & secre- «
tio ac diremptus earum partium,quæ ante interitum iun- «
ctione aliqua tenebantur. «

SPE. 1.

Liuidus non est magnanimus:
Maximus est magnanimus:
Maximus igitur non est liuidus

Hoc iudicio Ouid. 3. de Pont. Eleg. 3. concludit:

Liuor,iners vitium,mores non exit in altos:
Vtq; latens ima vipera serpit humo:
Mens tua sublimis supra genus eminet ipsum,
Grandius ingenio nec tibi nomen inest.
Ergo alij noceant miseris,opténtque timeri,
Tinctáque mordaci spicula felle gerant.
At tua supplicibus domus est assueta iuuandis,
In quorum numero me precor esse velis.

SPE. 2.

Saltator est luxuriosus:
Muræna non est luxuriosus:
Muræna igitur non est saltator.

Cic. pro Mur. Nemo enim ferè saltat sobrius, nisi forte «
insanit,neque in solitudine,neq; in conuiuio moderato at- «

» que honesto: intempestiui conuiuij, amœni loci, maltarũ
» deliciarum comes est extrema saltatio. Tu mihi arripis id,
» quod necesse est omnium vitiorum esse postremum: relin-
» quis illa, quibus remotis hoc vitium omnino esse non po-
» test: nullum turpe conuiuium, non amor, non comessatio,
» non libido, non sumptus ostenditur: & cum ea non repe-
» riantur, quæ voluptatis nomen habent, quęque vitiosa sunt,
in quo ipsam luxuriam reperire non potes, in eo te vmbrã luxuriæ reperturum putas? Hoc iudicij modo Ouid. 1. Trist. Eleg. 1. tripliciter concludit, dum carminum suorum excusationem exponit:

Carmina proueniunt animo deducta sereno:
Nubila sunt subitis tempora nostra malis.
Carmina secessum scribentis & ocia quærunt:
Me mare, me venti, me fera iacta hyems.
Carminibus metus omnis abest: ego perditus ensem
Hæsurum iugulo iam puto iamque meo.
Hæc quoque quæ facio, iudex mirabitur æquis:
Scriptáque cum venia qualiacunque leget.

PRO. 1.

Agesilaus non est pictus ab Apelle:
Alexander est pictus ab Apelle:
Alexander igitur non est Agesilaus.

PRO. 2.

Cæsar oppressit patriam:
Tullius non oppressit patriam:
Tullius igitur non est Cæsar:

SCHOLIA.

Contractum syllogismum in superiore capite demonstrauimus haud rectè hoc nomine definiri, & inter alias syllogismorum species recenseri, quod nulla in eo sit dispositionis alicuius forma. Quamobrem etiam hac de caussa tota illa distributio syllogismi simplicis, quæ distinguitur in contractum & explicatum, nunc deinceps videtur omittenda. Et nominibus illis omissis, textus quoque autoris in initio huius capitis paulo, aliter legendus erit. Docetur autem, omnis explicati syllogismi propositionem aut generalem aut propriam esse. Id quia reiecto contracto genere omnium simplicium communiter attribui poterit, rectè etiam ceu generalis

nevalis & communis eorundem affectio generaliore loco explicabitur. Commodius igitur verba illa præcedenti capiti, sub finem connecti poterunt. Et capitis præsentis initium tale sit, Simplicis syllogismi species duæ sunt. prima, vbi argumentum, &c. Atque hoc modo omnia erunt euidentiora. Primæ porrò speciei, sicut & sequenti, autor subijcit syllogismos quoque proprios, quorum pars vtraq; sit propria: quos tamen tota Aristoteleorum scripta hucvsq; non descripsit. Et videri sanè possit, eos rectissimè sub specialibus comprehendi, qui & ipsi proprij appellari possent ab altera antecedentis propria. Etenim pars illa ob quam speciales syllogismi nominantur, omnino propria est, vtpote in qua consequēs enūciationis tribuitur antecedenti proprio. Veruntamen autor, puto illos distinguere voluit, quod creberrimè tales syllogismi proprij in vsu differendi occurrerent, quorum omnis pars propria esset.

CAP. XII.

De secunda specie syllogismi simplicis explicati.

Secunda species syllogismi secundi generis est, quando argumentum antecedit in propositione, sequitur affirmatum in assumptione.

AFFIR. GEN.

Omne iustum est vtile:
Omne honestum est iustum:
Omne igitur honestum est vtile.

Quod Cicer. 2. Offic. ita concludit: Summa quidem authoritate philosophi, seuerè, sanè atque honestè hæc tria genera confusa, cogitatione distinguunt: Quidquid enim iustum sit, id etiam vtile esse censent: itemque, quod honestum, idem iustum: ex quo efficitur, vt quidquid honestum sit, idem sit vtile.

NEG. GEN.

Timidus non est liber:
Auarus est timidus:
Auarus itaque non est liber.

Hoc ita concluditur & iudicatur ab Horatio 1. Epist.

Quo melior seruo, quo liberior sit auarus,
In trium fixum cùm se demiserit ob assem,
Non video: nam qui cupiet, metuet quoque porrò

Qui metuens viuit, liber mihi non erit vnquam.

Sic Terent in Eunucho concludit & iudicat.

Consilij expers, consilio regi non potest:
Amor est consilij expers:
Consilio itaque regi non potest.

Syllogismus his verbis sequitur:

Here, quæ res in se neque consilium neque modum
Habet vllum, eam consilio regere non potes:
In amore omnia hæc insunt vitia: iniuriæ,
Suspiciones, inimicitiæ, induciæ,
Bellum, pax rursum: incerta hæc si tu postules
Ratione certa facere, nihilo plus agas,
Quàm si des operam, vt cum ratione insanias.

AFFIR. SPEC.

Consules virtute facti, studioſè Remp. tueri debent:
Cicero est virtute factus consul:
Cicero igitur Remp. studioſè tueri debet.

Sic Orator diligentiam suam Agraria 2. concludit & iudicat: Nam cùm omnium Consulũ (ait) grauis in Republica custodienda, cura ac diligentia debet esse, tum eorum maximè qui non in incunabulis, sed in campo sunt Consules facti: Nulli populo Romano pro me maiores nostri spoponderũt, mihi creditum est: à me petere, quod debeo me ipsum appellare debetis. Quemadmodum cùm petebã, nulli me authores generis mei vobis commendarunt: sic si, quid deliquero, nullæ sunt imagines, quæ me à vobis deprecentur. Quare modò vt vita suppetat (quanquã ego sum is, qui eam possim ab istorum scelere insidijsque defendere) pollicetor hoc vobis, Quirites, bona fide, Remp. vigilanti homini, non timido: diligenti, non ignauo commisistis.

Quod optatum redierit gratum est:
Lesbia Catullo optata redit:
Grata igitur est.

Catullus sic concludit:

Sic quicquam cupidoq; optantiq; obtigit vnquam &
Insperanti hoc est gratum animo propriè:
Quare hoc est gratum, nobis quoque charius auro,
Quòd te restituis, Lesbia, mi cupido.

Restitui

Restituis cupido, atque insperanti ipsa refers te
Nobis. ô lucem candidiore nota!
Quis me uno vivit felicior? aut magis hac quid
Optandum vita, dicere quis poterit?

NEG. SPEC.

Deceptor amantis puellæ non est laudandus:
Demophoon est deceptor amantis puellæ, ut Phyllidis:
Demophoon igitur non est laudandus.

Phyllis apud Ouidium ita iudicat Demophoontem laudandum non esse:

Fallere credentem non est operosa puellam
Gloria: simplicitas digna favore fuit:
Sum decepta tuis & amans & fœmina verbis,
Dij faciant laudis summa sit ista tuæ.

AFFIR. PRO.

Octavius est hæres Cæsaris:
Ego sum Octavius:
Sum igitur hæres Cæsaris.

NEG. PRO.

Antonius non est filius Cæsaris:
Tu es Antonius:
Non es igitur filius Cæsaris.

SCHOLIA.

Proprietas secundæ speciei simplicium syllogismorum est argumenti tertij antecessio, simul & consecutio in partibus antecedentis: illa quidem in propositione, vbi argumentum consequenti parti quæstionis præponitur: hæc autem in assumptione, in qua idem argumentum antecedenti parti quæstionis postponitur. Requiritur autem in omnibus huius speciei syllogismis perpetua assumptionis affirmatio. In principio verò capitis, vbi dicitur secunda species explicati: pro voce Explicati, legatur simplicis: vt textus cum præcedentibus eò rectius cohæreat.

CAP. XIII.

De Syllogismo connexo primo.

Adhuc syllogismus simplex fuit: syllogismus compositus, est syllogismus, vbi tota quæstio est pars altera propositionis affirmatæ & compositæ: argumentum est pars

reliqua. Tollere autem in compoſito ſyllogiſmo, eſt ſpecialem contradictionem ponere. Syllogiſmus compoſitus, eſt connexus aut diſiunctus. Syllogiſmus connexus, eſt ſyllogiſmus compoſitus propoſitionis connexæ, eſtque duorũ modorum: primus modus ſyllogiſmi connexi eſt, qui aſſumit antecedens, & conſequens concludit. Quomodo Cicero iudicat & concludit 2. de Diuinat.

Si dÿ ſunt, diuinatio eſt:
Sunt autem dÿ:
Diuinatio eſt igitur.

» 3. Offic. Atque ſi etiam hoc natura præſcribit, vt homo
» homini, quicunque ſit, ob eam ipſam cauſſam, quòd is ho-
» mo ſit, conſultum velit, neceſſe eſt ſecundum eandem na-
» turam, omnium vtilitatem eſſe communem. Quod ſi ita eſt,
» vna continemur omnes & eadem lege naturæ: idq; ipſum
» ſi ita eſt, certè violare alterum lege naturę prohibemur. verum autem primum, verum igitur & extremum.

Sic Æneid. 4. Dido iudicat Æneæ remanendum eſſe:

Méne fugis? per ego has lachrymas dextrámque tuã, te,
Quando aliud mihi iam miſeræ nil ipſa reliqui,
Per connubia noſtra, per incœptos hymenæos,
Si bene quid de te merui, fuit aut tibi quicquam
Dulce meum: miſerere domus labentis, & iſtam,
Oro, ſiquis adhuc precibus locus, exue mentem:
Te propter Libycæ gentes Nomadúmque tyranni
Odêre, infenſi Tyrij: te propter eundem
Extinctus pudor &, qua ſola ſidera adibam,
Fama prior: cui me moribundam deſeris hoſpes?

» Frequenter hîc non aſſumitur idem, ſed maius, vt 1. Ca-
» til. Si te parentes timerent atque odiſſent tui, neque illos
» vlla ratione placare poſſes, vt opinor, ab eorum oculis ali-
» quo concederes: nunc te patria (quæ communis eſt om-
» nium noſtrûm parens) odit ac metuit, & iamdiu nihil de
» te iudicat, niſi de parricidio ſuo cogitare, huius tu neq; au-
» thoritatem verebere? neque iudicium ſequere? neque vim pertimeſces? Concludendi modus hic idem eſt, quando propoſitio eſt relata temporis: quo genere Nympha Oenone apud Ouidium concludit errorem ſtultitiæ ſuæ:

Cùm

Cùm Paris Oenone poterit spirare relicta,
Ad fontem Xanthi versa recurret aqua:
Xanthe retrò propera, versæq; recurrite lymphæ,
Sustinet Oenonem deseruisse Paris.

SCHOLIA.

Compositi syllogismi nominatur, definiuntúrque non à compositis axiomatibus tantum singulis, quæ etiam in simplici syllogismo esse possunt: sed potius à composita siue coniuncta propositæ quæstionis cum argumento dispositione. Hîc enim secus, quàm in simplicibus tota quæstio coniunctim componitur cum tertio argumento, & quidem perpetuò affirmatè. Et hac forma compositi omnes syllogismi distinguuntur à simplicibus. Vbi simul obseruandum erit, tertium argumentum sæpenumero nudam esse ac solitariam rationem, & tum antecedenti parti quæstionis coniungi: sæpè etiam integro comprehendi enunciato, & sic alteram solummodo propositionis partem constituere, quando etiam solum deinceps assumitur. Horum autem syllogismorum vsus quotidie frequentissimus est: quamuis omnes fermè quæstiones syllogismis simplicibus possint disponi: præsertim verò quòd illa quoque argumentorum genera, quæ simpliciter disponi & iudicari ud satis commodè possunt, vtpote maiora, minora aliáque, consito modo concludi queant. Et hic specialis admittitur contradictio: quatenus de specie aliqua negatur, quod de toto genere prius fuit affirmatum, vel contrà: siue etiam idem aliquid de specie specialissima, seu de re singulari affirmatur vel negatur.

Compositus proinde omnis syllogismus duabus speciebus constat secundum species compositorum axiomatum hoc nomine: nempe connexi & disiuncti. Reliquæ enim duæ illæ species copulatum atque discretum sub compositam syllogismorum conformationem non cadunt. Quare autem hoc? An non omne axioma dubium syllogisticæ dispositioni subijcitur? & copulatum aliquod siue discretum in dubium moueri potest? Quidni? At verò copulatum axioma in simplici tantum syllogismo aliquo propositionis locum obtinere potest: similiter discretum quoque propositionem aliquam constituere haud potest. In priore modo connexi antecedens assumendo simpliciter repetitur. Et sæpè maius etiam aliquid assumitur, sub cuius tamen assumptione ve-

rissimè illud quod assumendum erat, comprehenditur: ac nihilominus eadem manet disponendi & dijudicandi ratio, vt constãs sit & perfectus in hoc connexi modo syllogismus. Quandoquidem in omnibus eiusmodi amplificatis assumptionibus maius quod ponitur, vim & naturam alterius minoris in se comprehendit: cùm verò obseruatum sit è præceptis axiomatici iudicij, connexo axiomati prorsus affine esse axioma relatiuum temporis: hic quoque sciendum, si in connexo syllogismorum genere aliquis occurrat, cuius propositio constet non expressè posita connexione, sed alia simili, quæ vim habeat connexionis, vtpote relatione temporis: tum eandem omnino disponendi & iudicandi rationem seruari, quæ in connexi syllogismi definitione communiter præscribitur.

CAP. XIIII.

De Syllogismo connexo.

Secundus modus connexi, tollit consequens, vt tollat antecedens.

Si vlli rei sapiens assentietur vnquam, aliquando etiam opinabitur,

Nunquam autem opinabitur:

Nulli igitur rei assentietur.

Eodem syllogismo Ouidius 2. Trist. stultitiam suam indicat:

Si saperem, doctas odissem iure sorores,
Numina cultori pernicioſa ſuo:
At nunc (tanta meo comes est insania morbo)
Saxa memor refero rursus ad icta pedem.

Hæ duæ syllogismi species sunt omnium vsitatissimæ.

SCHOLIA.

Secundi modi connexorum syllogismorum ratio hoc ipso potissimum à priore modo distinguitur, quòd argumentum quæstionis illic in antecedente plerunque parte propositionis: hîc autem in consequente ponitur. Vt autem primus, ita hic quoq; secundus modus in vsu argumentandi frequentissimus est, tum propter facilẽ breuitatẽ, tũ propter insignem vtilitatẽ, eo quòd nullũ non argumentorũ genus hisce cõnexis syllogismis disponi iudicarique possit. Et hoc ipsum ostendunt vsitatissimæ in differendo cõpendiorum formulæ,

formale, vt in Assumptione: Hoc non est, igitur nec illud. Hoc est absurdum, igitur & prius. Item consequens siue secundum est falsum, igitur etiam antecedens. & similes aliæ compendiosæ formulæ.

CAP. XV.

De Syllogismo disiuncto primo.

Syllogismus disiunctus, est syllogismus compositus propositionis disiunctæ. modi duo sunt: Primus tollit vnam, & reliquum concludit, vt:

Aut dies est, aut nox est:
At dies non est:
Nox igitur est.

Ciceronis pro Cluentio iudicium tale est: Sed cùm esset hæc illi proposita conditio, vt aut iustè piéque accuraret, aut acerbè indignéque moreretur, accusare quoquo modo posset, quàm illo modo mori maluit. Disiunctio clarior sic erit:

Aut accusandum, aut moriendum:
Non moriendum:
Accusandum igitur.

Sic idem 2. Phil. ratiocinatur. Nunquam ne intelliges tibi statuendum esse, vtrum illi qui istam rem gesserunt, homicidæ sint, an vindices libertatis? Attende enim paulisper, cogitationémque sobrij hominis ad punctum temporis suscipe, & ego qui sum illorum, vt ipse fateor, familiaris, vt à te arguor, socius, nego quicquam esse medium: confiteor illos, nisi liberatores populi Romani conseruatoresque Reipublicæ sint, plus quàm sicarios, plus quàm homicidas, plus quàm parricidas esse: siquidem est atrocius patriæ parentem, quàm suum occidere. Tu homo sapiens & considerate, quid dicis? Si parricidæ, cur honoris causa à te sunt & in hoc ordine, & apud populum Roman. semper appellati? cur M Brutus, te referente, legibus est solutus, si ab vrbe plus quàm decem dies abfuisset? Cur ludi Apollinares incredibili M. Bruti honore celebtati? cur prouinciæ Cassio & Bruto datæ? cur Quæstores additi? cur Legatorum numerus auctus? Atque hæc acta per te:

„ non igitur homicidæ [illegible] vt liberatores tuo iudicio „ sint, quandoquidem tertium nihil poteſt eſſe. Si partes diſiunctæ propoſitionis ſint duabus plures, iudicandi concludendiq́ue ars erit eadem. Sic Cicero iudicat Rabirium „ cum conſulibus eſſe oportere: Atqui videmus (ait) hæc „ in rerum natura tria fuiſſe, vt aut cum Saturnino eſſet, aut „ cum bonis, aut latêret. Latêre autem, mortis erat inſt[illegible] „ turpiſſimæ: cum Saturnino eſſe, furoris & ſceleris: virtus „ & honeſtas & pudor cum Coſſ. eſſe cogebat.

CAP. XVI.

De Syllogiſmo diſiuncto.

Diſiunctus ſecundns è propoſitione partibus omnibus affirmata aſſumit vnum, & reliquum tollit, vt:

Dies eſt, aut nox eſt:
At dies eſt:
Nox igitur non eſt.

Sic Iuno cum Ioue de Turno concludit, 10. Æneid.

—— *Quid ſi, quòd voce grauaris,*
Mente dares, atque hæc Turno rata vita maneret?
Nunc manet inſontem grauis exitus, aut ego veri
Vana feror: quod vt ô potius formidine falſa
Ludar, & in melius tua, qui potes, orſa reflectas.

Eiuſmodi ſyllogiſmus efficitur è propoſitione copulata negata, quæ negata complexio dicitur: quæque diſiunctionis affirmatæ vim obtinet.

Non & dies eſt, & nox eſt:
At dies eſt:
Non igitur nox eſt.

CAP. XVII.

De Methodo ſecundum Ariſtotelem vnica.

Methodus eſt, dianoia variorum axiomatum homogeneorum pro naturæ ſuæ claritate præpoſitorum, vnde omnium inter ſe conuenientia iudicatur, memoriáque comprehen-

prehendtur. Atque vt ſpectatur in axiomate veritas & falſitas, in ſyllogiſmo conſequentia & inconſequentia: ſic in methodo conſideratur vt per ſe clarius præcedat, obſcurius ſequatur, omninóque ordo & confuſio iudicatur. Sic diſponetur ex homogeneis axiomatis primo loco abſoluta notione primum, ſecundo ſecundum, tertio tertium, & ita deinceps, ideoque methodus ab vniuerſalibus ad ſingularia perpetuò progreditur. Hac enim ſola & vnica via proceditur ab antecedentibus omnino & abſolutè notioribus ad conſequentia ignota declarandum, eâmque ſolam methodum Ariſtoteles docuit.

SCHOLIA.

Vltima ſpecies diſpoſitionis eſt Methodus, quæ quaſi ſtatua Mercurialis compendioſam nobis viam demonſtrat in rerum omnium ordinata collocatione. Poſtquam enim inuenta argumenta, axiomaticè atque ſyllogiſticè indicata fuerunt: methodice tandem lex accedet, quæ de omnium illorum ordine iudicat atque ſtatuit. Hoc igitur ſpecialiſſimum eſt iudicij genus, quod plurium ſimul ſumptorum, adeoq; variorum axiomatum ordinem & ſeriem reſpicit. Sed hanc iudicandi rationem dixeris pendere etiam & cognoſci ex regulis axiomaticæ collocationis, quæ & ipſa eſt axiomatum tam ſpecialium quàm generalium, & ſic variorum diſpoſitio: præſertim verò hanc collocationem oſtendit lex tertia, quæ dicta fuit καθόλυ πρῶτον. Aut igitur iſta erit quoque regula ſiue norma methodicæ diſpoſitionis, & ea ſequentis iudicij, & hac ratione à præceptis axiomatibus aliena. Aut ſi hæc illius loci propria ſit, methodi definitio tota præceptio erit ſuperflua. Ita enim memini me quoſdã audire diſſerentes, qui contenderent in lege καθόλυ πρῶτον omnem methodicam rationem, adeoq; formam omnium diſponẽdorum comprehendi. Verùm inanis eſt hoc modo ratiocinantium perſuaſio. Lex καθόλυ πρῶτον oſtendit ſimpliciter generalia, quæ ſint generaliter, aut cum generalibus, ſpecialia verò ſpecialiter & cum ſpecialibus, diſponenda eſſe: quoniam illa tantum verè reciproca ſint. Sed quænam ex his generaliáne an ſpecialia in ordine priorem aut poſteriorem locum obtinere debeant, illud nequaquam indicat. Methodici autem iudicij regula omnium illorum tum anteceſſionis tum conſecutionis ordinem oſtendit, & iudicare docet, ſi illa per

[illegible] priuae sint iudicata, præcedere debere generalia [illegible] reliquorum; sequi verò specialia ceu causarum illarum effecta. Et hæc alia iudicij ratio est, quàm quæ traditur in prima specie. Iudicium axiomaticum singula per se axiomata cõsiderat: Methodicum verò plurium aut variorum simul antecessionem & consecutionem respicit. Quod verò additur in definitione autoris particula homogeneorum: illud sanè minus catholicum & necessarium videtur. In præceptis enim axiomatici iudicij satis demonstratum fuit, omnia omnium rerum & artium theoremata debere esse homogenea: vt minime necesse est, hic specialiter aliquid de eo repetere. Et si quid de vocabulis laborandum sit, pro voce Præpositorũ simpliciter legi mallem Positorum, vt generaliore hoc verbo tum quæ præponuntur tum quæ postponuntur, comprehendantur. Imò cum diuersimodè definiantur natura suapte clariora alijs specialia, alijs generalia in notiorum ordine reponentibus: tota definitio imperfectior atque obscurior videri possit. Posset itaque hoc modo emendari. Methodus est dianoia variorum axiomatum, qua generalius quoduis præponitur. In fine capitis additur, hanc methodi vnitatem Aristotelem quoque secutum esse. Quid verò opus est hoc vnicum de Methodo præceptum Aristotelis autoritate demonstrari, cum nullum aliud totius Logicæ artis theorema tali testimonio confirmatum fuerit.

CAP. XVIII.

De prima Methodi illustratione per exempla artium.

Sed methodi vnitatem exempla doctrinarum & artium præcipuè demonstrant, præcipuéque vendicant: quibus quamuis omnes regulæ generales sint & vniuersales, tamen earum gradus distinguuntur: quantóque vnaquæque generalior erit, tanto magis præcedet. Generalissima loco & ordine prima erit, quia lumine & noticia prima est: subalternæ consequentur, quia claritate sunt proximæ: atque ex his natura notiores præponentur, minus notæ substituentur, tandémque specialissimæ constituentur. Definitio itaque generalissima prima erit, distributio sequetur: quæ si multiplex fuerit, præcedet in partes integras partitio,

rio, sequetur diuisio in species: partesque [illegible] cies eodem ordine sunt rursus tractandæ ac definiendæ quo distributæ fuerint: & transitionum vinculis, si longior inter eas interfit explicatio, colligendæ sunt. id enim auditorem reficit ac recreat. Atque vt res familiarius accipiatur, exemplo quoque familiari nobis vtendum est. Omnes definitiones, distributiones, regulæ Grammaticæ repertæ sint, atque vnaquæque sigillatim iudicata: omniáque hæc documenta varijs tabellis inscripta, vnâ confundantur & conturbentur in hydria aliqua, vt in Ollæ ludo fieri solet: hîc si quæras, quæ pars Dialecticæ te doceat has regulas ita confusas disponere, & in ordinem redigere: primò locis inuentionis nihil opus est, cum sint omnia reperta: neque primo axiomatis iudicio, cum vnumquodque axioma probatum & æstimatum sit: neque secundo syllogismi iudicio opus, cùm sint omnes singularum rerum controuersiæ his de rebus disceptatæ & conclusæ: sola methodus supereſt. Dialecticus igitur lumine methodi artificiosæ, seliget in hac vrna definitionem Grammaticæ (id enim est generalissimum) & primo loco statuet, Grammatica est doctrina bene loquendi: tum requiret in eadem vrna partitionem Grammaticæ, & collocabit secundo loco. Partes Grammaticæ, sunt duæ, Etymologia & Syntaxis. Deinceps in eodem vase definitionem Etymologiæ de vocibus separabit, & tertio gradu antecedentibus adiunget: tum vocis partes in literis & syllabis, speciésque in vocibus numeri & sine numero requiret, exituúmq; transitiones suis locis collocabit. Atque ita omnium Etymologiæ partium definitiones, distributiones, colligationes, exempla denique specialissima in singulis disponet. Idémque in Syntaxi faciet. Hanc viam omnes artes sibi proposuerunt.

CAP. XIX.

De secunda Methodi illustratione per exempla poëtarum, oratorum, historicorum.

Atqui methodus non solùm in materia artium & do-

rum adhibeatur, ſed in omnibus rebus, quas facilè & perſpicuè docere volumus: ideoque poetæ, oratores, denique omnino ſcriptores, quoties docendum ſibi auditorem proponunt, hanc viam ſequi volunt, quamuis non vſquequaque ingrediantur atque inſiſtant. Virgilius in Georgicis diſtribuit propoſitam materiam in quatuor partes, vt antè dixi: primoque libro res communes perſequitur, vt Aſtrologiam, Meteorologiam, deque ſegetibus & earum cultu differit, quæ pars operis prima erat: tumque tranſitio adhibetur initio ſecundi libri.

Hactenus arvorum cultus & ſydera cæli,
Nunc de Bacche canam.——

Deinceps ſcribit generaliter de arboribus, tum ſpecialiter de vitibus. Tranſitio ſecunda adhibetur ad tertiam partem, ſed imperfectior & ſine epilogo, tertij libri initio, de bobus, equis, ouibus, capris, canibus:

Te quoq; magna Pales, & te memorande canemus
Paſtor ab Amphryſo.——

Tandem initio quarti libri tranſitio tertia eſt de quarta parte, ſed item imperfecta è ſola propoſitione de apibus:

Protinus aerij mellis cœleſtia dona
Exequar.——

Sic igitur poeta generaliſſimum primo, ſubalterna medio, ſpecialiſſima extremo loco ponere ſtuduit. Sic Ouidius in Faſtis, diſpoſitionis huius gratiam ſequitur: propoſuit initio ſummam operis.

Tempora cum cauſis Latium digeſta per annum,
Lapſaq; ſub terras ortaq; ſigna canam.

Mox imploratione facta, partitionem anni ſtatuit, factam à Romulo primùm in decem menſes, quàm reprehendit:

Tempora digereret cùm conditor vrbis, in anno
Conſtituit menſes quinq; bis eſſe ſuo.

Et paulò poſt Numæ diuiſionem pleniorem adiungit:

At Numa nec Ianum nec auitas præteriit vmbras:
Menſibus antiquis præpoſuitq; duos.

Denique

Denique poeta communes differentias interpretatus diei fasti, nefasti, comitialis, nundinalis, calendarũ, nonarũ, iduum, tum atri, tandem vnumquemque mensem suo loco prosequitur, & præfatione ordinis huius à generalibus ad specialia studium indicat:

Hæc mihi dicta semel, totis hærentia fastis,
Ne seriem rerum scindere cogar erunt.

Tandem singulis partibus expositis transitio coniungitur, vt in fine primi, & initio secundi:

Sed iam prima mei pars est exacta laboris,
Cumq; suo finem mense libellus habet.
Ianus habet finem, cum carmine crescat & annus:
Alter vt it mensis, sic liber alter eat.

In singulis libris postea transitiones adhibentur, sed minus accuratè. Oratores in proœmio, narratione, confirmatione, peroratione hunc ordinem affectant, eumque artis & naturæ & rei ordinem appellant, & interdum studiosius affectantur, vt in accusatione Cicero primùm proponendo, tum partiendo: Quæstor (inquit) Cn. Papyrio Cos. fuisti abhinc annos quatuordecim, & ex illa die ad hanc diem quæ fecisti, in iudicium voco: hora nulla vacua furto, scelere, crudelitate, flagitio reperietur. Propositio hîc & definitio summæ rei est, tanquam in hoc iudicio generalissima. Partitio sequitur: Hi sunt anni consumpti in Quæstura & legatione Asiatica, & Prætura vrbana, & Prætura Siciliensi: quare hæc eadem erit quadripartita distributio totius accusationis meæ. Quas partes quatuor, earumque partium particulas, deinceps suo quãque ordine & loco tractauit, & transitionibus copulauit, tres primas tertio libro: Quamobrẽ (ait) Quæstura istius demonstrata, primique magistratus & furto & scelere perspecto, reliqua attendite. Tum verò expositis legationis criminibus, transitio ad prætura sequitur: verum ad illã iam veniamus præclaram Prætura, criminaque ea quæ notiora sunt his qui adsunt, quàm nobis qui meditati ad dicendum paratique venimus. Transitio hæc imperfectior est sine epilogo: tandem principio quartæ orationis transitio est consimilis ad quartam partem de Prætura Siciliẽsi;

„ multa mihi neceſſariò, iudices, prætermittenda ſunt, vt
„ poſſim aliquo modo de ijs rebus quæ meæ fidei commiſſæ
„ ſunt, dicere: recepi enim cauſam Siciliæ: ea me ad hoc
„ negocium prouincia attraxit. Sic Liuius ſummam ſeptin-
gentorum annorum initio complectitur, tum per decades diuidit.

CAP. XX.

De Crypticis methodi.

Hæc igitur in varijs axiomatis homogeneis, ſuóq; vel ſyllogiſmi iudicio notis, methodus erit, quoties perſpicuè res docenda erit: at cum delectatione motúue aliquo maiore, in parte aliqua fallendus erit auditor, homogenea quædam reijcientur, vt definitionum, partitionum, tranſitionúmque lumina: quædam aſſumentur heterogenea, velut digreſſiones à re, & in re commorationes: ſed præcipuè rerum ordo initio inuertetur, antecedentiaque nonnulla conſequentibus poſtponentur. Itaque ad illam perfectæ methodi regulam, hæc alicubi imperfectior forma non ſolùm detractis rebus mutila eſt, vel ſuperadditis redundat: ſed ordinis ſui quibuſdam gradibus inuerſis præpoſtera eſt. Quod poeta facit maiore quadam artificij ſpecie, dum populum ducendum ſibi proponit, id eſt, belluã multorum capitum, ideoque varijs modis decipit: incipit à medio, ibique primùm ſæpe comprehendit: poſtremùm denique incerto aliquo & inopinato caſu concludit. Sic (vt Horatius ait) Homerus Iliada diſpoſuit,

Nec gemino bellum Troianum orditur ab ouo:
Semper ad euentum feſtinat, & in medias res
Non ſecus ac notas auditorem rapit: & quæ
Deſperat tractata nitescere poſſe, relinquit:
Atque ita mentitur, ſic veris falſa remiſcet,
Primo ne medium, medio ne diſcrepet imum.

Sic Virgilius Æneam à Sicilia excepit, & in conuiuio Carthaginis prætexita narrantem fecit: poſtrema varijs perturbata caſibus induxit. Sic Comici poetæ, tametſi magno iudicio comœdias per actus & ſcenas diſtinguunt, efficiunt tamen vt omnia fortuita videantur: oratores ad victoriam

ctoriam omnia referunt. Itaque non tam docendi, quam permouendi gratia firmissimum quodque primum ab ipso collocatur, dum tamen ea quæ æquè excellent, seruentur etiam ad extremum, & Homerica dispositione mediocria in mediam turbam atque in gregem conferantur.

* *
*

FINIS.

MVSEVM
BRITAN
NICVM